Ex Donatione ... miscel: 1734

CONFESSIO VERA EX VERBO DEI SUMPTA & in Synodo CZengerina vno consensu exhibita & declarata.

I. De vno & solo deo, qui est Pater, Filius & Spiritus sanctus.
II. De vnigenito Dei Filio ab æterno:
III. De Spiritu Sancto Vero & solo Deo & domino subsistente & in se vitam habente.
IIII. De Vocabulis & Phrasibus quibus spiritus sanvtitur, de deo per Prophetas & Apostolos.
V. De Regulis explicantibus Phrases loquendi de Deo.
VI. De Lege & Euangelio in Ecclesia:
VII. De Ritibus & Sacramentis Ecclesiæ, de Baptismo infantium, & de Cœna domini.
VIII. De libertate Christiana in Cibo, Potu, Vestitu, & de locis conuentus Ecclesiæ.
IX. De Aprosopolepsia in deo, dum hos saluat illos indurat.
X. De cáusá peccati: De Mediatore Filio dei:
XI. De tollendis fœdis Hæreticis & Antichristis, Cũ literis Theodori Bezę ad Vngaros scriptis.

DEBRECINI.
Excusa ab Andrea Lupino. Anno Domini
M. D. LXX

HOC VNICVM ARGVMENtum de vno solo Deo destruit omnes munitiones Antitrinitariorum: sumptum ex Bibliis.

1. Vnus solus est Deus quicunque est Iah, Iehoua: Deu: 4. 5. 6

2. Vnus solus est Deus quicunque est El Scàddai omnia pręsciēs ac disponēs Gen: 17. 28 31. 35. Esa. 25: 40. 41:

3. Solus Deus est qui vtrunque fœdus fecit, & deus Patrum est: Hier: 31. Deu: 5. 6.

4. Vnus solus est Deus qui omnium est Creator, & conseruàtor: Esai: 40: 43: 44: Deu: 4: 5: 6. 32.

5. Vnus solus Deus est qui scrutator est cordium & renum. Hie: 10 17. Psal: 7. Apoc: 1. 2. Acto. 1 2.

6. Vnus solus Deus est qui eduxit Populum suum ex Aegypto. Exo. 5. 6. 20. 32 Deu: 4 5. 6 10: 30 32. Psa: 78. 95.

7. Vnus solus Deus est qui fecit miracula in Aegypto, Tentatus irritatus & prouocatus est in deserto: Psal 95 102. Exo: 20. 23. 32 Num: 23. Deu: 32. 1. Cor: 10.

Sed hęc omnia fecerunt & sunt Filius & spiritus sanctus. Esa: 63 Angelus faciei & Spiritus sanctus, eduxit eos, irritauerunt Spiritum s: eius: Solus Deus eduxit eos Deu: 32: Filius & spiritus sanctus eduxit eos, & tentatus est: 1. Cor: 10. Esa: 63. Psal 68. 95. Spiritus Iehouę Creauit cœlos: Spiritus Iehouę est Iah, Iehoua, deus Pàtrum, fœdus nouū & vetus cum Patribus pepigit: Hie. 31 Eze: 2. 3. 8. 11. Ebr: 3. 4 8. 10. Spūs s: dicitur deus, q fœdus inijt, Cuius fœdus violauerunt Iudęi: Hęc dicit Spiritus s: Fœdus nouum feriam, non secundum fœdus, quod pepigi cum eis tunc cum educerē eos: sic dicit Spūs s: Nolite Corda vestra obdurare, sicut patres vrī me tentauerunt, irritauerunt me in deserto Eb. 3: 4. 8 10. Chrō tribuūtur hęc Rom: 14 1. Cor: 10. Esa: 45. 63. Ibidem Spūi sctō: Verè igitur & immutàbiliter sunt vnus & solus Deus Iehoua filius & Spiritus s:

E B

ALIVD ARGVMENTVM.

1. Quicunq; non est Iehouà æternus immutabilis, æternitates, habitãs omni tẽpore, q non est Sum fui, Ero: non est Deus:

2 Maledictus est Deus Zar, idest, recens nouus, nouiter ortus qui ab ęterno non fuit, non fecit omnia, non fuit ab æterno, sed est Nechar, id est alienus, formatus extra vnius Dei naturam ex creaturis ortus Deu 5.6.10.30 32. Psal. 81. pereant tales Dij non adorentur: Hie: 7.10. 23 31.33. Deus qui est è vicino factus nõ fecit oĩa, nõ fuit ab ęterno peat Deu. 5.10.31. Psa: 81 Hie: 7.10

3. Maledictus est & non adorandus, qui non est vnus solus deus, omnia non fecit: Sed Christus & Spiritus s: fecerunt omnia, adorantur ita vt Pater Psál: 95: Eze: 2.3 8 11. Psã: 45: 48: 63. Iob 26. 27. 33. Nec sunt filius & spiritus s. Dij recentes, maledicti noui: ergo sunt vnus & solus Deus ita vt Pater. Nisi ergo filius & Spiritus s: sint vnus solus, Iehoua, creator, conseruator, pro vero Deo adorari non possunt, sed erunt dij maledicti, recentes, alieni, non ex Pr̃is Iehouali & ęterna Deitate ab ęterno sine initio temporali orti. Hie: 10. 23: Psal: 81.

RESPONSIO AD CALVMNIam aduersariorum.

Non Spiritum s: & filium dici Iah, Deum, Iehouã & Psal 68 95. non de Patre tantum, nec de filio solo sed & de Spũ s: quoq; dicitur, cum inquit: Venite ꝓcidẽtes adoremus Iehouam, quia ipse est Deus, & factor noster, nos Populus pasciuę eius, si modo vocẽ eius audieritis, ne obduretis cor vrm̃ sicut in die disceptationis, vbi tẽtauerunt & probauerunt me patres vr̃i & viderunt opera mea quadragintá annis Psal: 95.

Hęc licet de pr̃e & de filio quoq; recte prędicentur in Biblijs sacris, tamen spiritui quoq; s: cum Patre & filio Apostolus Ebr. 3. & 4. Sic applicat, ex more scripturæ: Mos enim est Scripturæ vt vnus & idem locus

locus de tribus testibus exponitur, vt locus Creauit Deus, Eduxit Deus, Tentatus est Deus, miracula edidit Deus, Patri, Filio, & Spiritui sancto tribuitur. Esaiæ 6.40 43.45.48 63. Deut 4.5.32: 1: Cor 8. Ioan. 1.5. 8.10. Iob. 26. Ebr: 2.3.4. Rom 14. vide Est enim mos scripturæ vt sæpius de tertia persona loquatur in primá, & secuuda persona. Vt hæc dixit Iehoua ad me: Ego sum Iehoua, Creator, saluator, Elscaddai, sic dices ád eos verba mea: Hęc dicit Iehoua: Nolite impiè agere contra legem meam: Apostolus ergo Ebrę: 3.4.8.10: Sic locum, hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut Patres vestri tentauerunt me: Psal: 78.95 105. Num: 14. 23: 1. Cor: 10. Item hunc locum. Hoc est fœdus meum quod disponam vobiscum: de eodem exponit in prima, & tertia persona: De primo loco cap: 3. Ebr: sic loquitur: Quapropter, sicut dicit Spiritus sánctus si hodie vocem eius audieritis, nolite corda vestra obdurare: Hic dicit Spiritum s: loqui de eo qui patres eduxit ex Ægypto: Eduxit autem Iehoua Pater, eduxit filius, eduxir spiritus s: vt Esa. 63 1. Cor: 10. Exod. 3 5.6.14 15: 32.34. Deu: 4.5.6.32 Ezech: 2.3.8.11 Spiritus s: eduxit eos, & requiescere fecit eos Esa: 63. Eze: 2 3.8.11. Hier: 31. Reprehendens eos Iehoua, ipse spiritus s: dicit: Ebr: 8.10. Hie: 31: Ecce venient dies, sicut testatur Spiritus s: Hoc est testamentum quod disponam cum illis, dicit Iehoua: In Hiere: 31. Eze, 2: 3 4.8 11. Eundem spiritum s. sic ánunciat: Venit in me spiritus Iehouæ, & statuit me spiritus sup pedes meos & dixit ad me spiritus, Ecce ego loquar tecum, ego mittam te ad gentes rebelles, & verba mea loquêris ád eos & dices, sic dicit Iehoua, siue àudiant siue non audiant: quia sunt rebelles sicut & patres eorum pręuaricati sunt fœdus meum, non & perstitérunt in fœdere meo, sed transgressi sunt pactum

meum,

meum, & fecerunt abominationes & scelera multa, ppter quæ & ego abieci eos & deserui eos: Vide Ezechiel eundem Iehouam Deum, nunc spiritum, nunc Iehouam, Dominum exercitunm & Adonai, vocat Hic quoq; ergo Psalmo: 95. Ebr: 3 4. 8. 10. eodem idiotismo Hæbreorum, Spiritus in tertia persona dicit de se: Hęc dicit Iehouah: In prima persona dicit, Ego sum Iehoua qui eduxi eos, Spiritus S: testatur & dicit: Hoc est testamentum quod disponam ad eos dicit Iehoua, Primo spiritum dicit, deinde Iehouam: sicut Ezech. 2. 3. 4. 8. 11. Venit in me spiritus Iehouę, & locutus est mecum Iehoua & dixit: Ego sum Iehouá qui eduxi vos: Primo uocat spiritum sanctum: Secundo vocat Iehouam Adonai propter naturam: Spiritum sanctum ppter proprietatem a pátre procedentē, & à Filio emissam. Iehoua Adonai vocatur propter naturam diuinā, quam habet communem cum Patre vt Esa: 6. 40: 63: Dicitur Iehoua qui sedet in Soliò, qui mittit Christū & Prophetas: In Actis vero Paulus Spiritum sanctum esse dicit: Ita: Hier: 31. Iehoua exercituum dicitur qui fœdus nouum feriet, & Iudæos eduxit ex Ægypto: Sed Esa: 40. 48. 63. Ebr. 3. 10. Dicitur spiritum s. esse, qui fœdus nouum feriet supèr domum Iuda & Iudęos eduxit ex Aegypto, Esa 63. Cum ergo Hebraicè dicitur Kihu Elohenu & nos am, vezon iadô: Haiom bekalo tismàu: id est: Quia ipse est Deus noster, & nos populus & grex manus eius: Hodie si vocem eius audieritis: Hæc de Iehoua Deo nostrò: eius refertur ad Deum, qui supra dicitur El Iehoua, deus noster, factor noster adorandus: Hæc de tertia persona, quę sequuntur de tertia & prima dicuntur: Dicit Iehoua, nolite corda vestra indurare, sicut in deserto in die tētationis, vbi tentàuerunt me Patres vestri, & ego iuraui in ira meá: si introibunt: Vides supra in tertia per

sona dicebatur Kolo: Idest, Vocem Iehouę factoris si audieritis, Hic idem qui dicit: Si audiueritis vocem IEHOVÆ, idem dicit de secunda persona: Nolite vos Corda vestra indurare: De se autem in prima sic loquitur: Sicut patres vestri probauerunt & irritauerunt me in deserto, & ego iuraui in Exod. 4 5. 6. 13. 14: Esaiæ 63: Ezechielis 2. 3, 8, 11. Hieremiæ. 31: 1 Corinthiorum 10: dicitur Spiritus sanctus irritatus & prouocatus: Irritauerunt Spiritum sanctum eius, qui eduxit, & Spiritus sanctus requiescere fecit eos Esaię 63, Ebreorum 3, 4, 10 In Esaia 1 Hieremię 31. Deuterono: 4. 5. 32. IEHOVA vnus solus Deus dicitur eduxisse Iudęos, & Iehoua vnus requiescere fecit: IEhoua irritatus est: Et 1. Corinthio: 10. Psalmo 68. Christus dicitur eduxisse, Christus tentatus: Et Esaię 63 Ezechielis 2. 3. 8 10. 11. Spiritus dicitur eduxisse Iudęos, Spiritus Sánctus irritatus prouocatus, & Psalmo 95. Ebreo: 3. 4. Spiritus sanctus dicitur tentatus irritatus in deserto.

Non enim simpliciter Verba Dauidis sunt: Nolite Corda vestra indurare, sicut patres vestri indurauerunt & tentauerunt me in deserto: Psalmo: 95. Nameri: 14. 23 1. Corinthio: 10. Nám non Dauid tentatus est: Et Ebreo: 4: dicit, Predefinit autem in Dauide Deus diem hodie dicens: Hodie si vocem eius audieritis: Quem supra Spiritum sanctum dixit Capite quarto Deum dicit, vt Psalmo 95: Quia ergo subijciuntur Elogia vni soli Deo propria sicut dicit Spiritus sanctus: Nolite corda vestrà obdurare, sicut patres vestri me tentaverunt, hæc verba ex Ezechie: 2. 3. 8. 11 & Esaię 6. 63. de Spiritu Sancto explico: Nám si de Patre diceret si vocem eius Patris audierits nolite corda Vestra indura

si

re, ſicut eum tentauerunt Patrem. Sed Myſticè propter identitatem naturę dicit. Eum Deum I E H O V A M àudite qui ego ſum cum Patre, & filio: Vt oſtendat identitatem naturę in Patre & Filio & Spiritu Sancto. Ideo dicit, ſi vocem eius audie-ritis, ſi Patres veſtri me non audierunt: Nam ſpi-ritus de ſe nunc in prima, nunc in tertia per-ſona loquitur ex perpetua ſcripturæ con-ſuetudine, & in Actis Petrus & A-poſtolus probat Spiritũ s: per os Dauidis & ꝑ pphetas locutũ eſſe tanq̃ Iehouam & ve-rum deũ: Act: 1. 2. 3 13. 28. 1. Petri: 1. 3. 2: Petri. 1.

GRATIA ET
Pax a Deo Patre et Domino IESV Christo SERENISSIMAE Maiestati tuæ cum omnibus inuocantib9 nomē domini multiplicentur, Amen.

CVM SAEPIVS TACITVS ME-
Rom, 13. cum de his scripturæ locis cogitarem: cor
Dani .3.4. Regis est in manu Dei: Et omnis potes-
tas, & imperium & Regnum ab ipso deo
7.8. est. Item, misericordia, & veritas custodiunt Regem:
Pro.20:21 Iustus Rex erigit terram, & Rex iudicans in veritate,
2529. confirmat terram: Mirabilem potentiam Dei in totius mundi gubernatione conspexi, & cum omnium potestas, bonorum & malorum ab ipso Deo sit, paucos inueniri, qui omnia prouidentię tribuant, sed fortunę, alij sagācitati consiliorum & virium suarum efficatiæ, & industriæ: pauciores sunt qui vtrunq; vincere, & vinci eius solius esse, qui est Deus, dominus exercituum, Cum de his omnibus eloquia Dei abundè contestentnr: Paucissimi sunt, qui ex Regibus. & principibus, Apostolo teste 1:Cor, 2:3: Vasa sint misericordiæ, & cū Dauide, Ezechia, Iosaphat, & Iosia iusto, iudicium & iusticiam faciant, & Deum ex toto corde & anima diligant, & quęrant: Audiant & custodiant verbum domini, ambulent in vijs domini osculentur ipsum Bar, hoc est, Filium Dei naturàlen hodie à Iehoua natum tanquam Zemach Iehouę, id est Semen à Iehoua Vnigenitum vt Psal: 2. 45. 102. Esa: 4 9. 11: Zach 2.3.5. dicitur Ioan 1.3.5.6.

Verum

Verum, vt Rex Herodes cum Iudice Regni Iudaici & cum Anna & Caipha Pontificibus, propter hæc tria de Christo prędicata Christo illudunt, Primo quod sit vnigenitus à Patre, ab æterno, sine tempore: Deinde quod sit Deus vnus cum Patre, ita in se vitam habens vt Pater, & omnia Patris ita sunt filij sicut sunt Patris: propter hæc duo, quia Deum propriũ Patrem vocat, & se vnigenitum à Patre filium æqualem se deo faciens deinde quia se cum Patre Vnum vocat: Ego & pater vnum sumus, & cooperamur, me ita honorant vt Patrem Ego sum Panis Viuus de cœlo descendens, Ego sum via, veritas, & vita, Rex Iustitię. Propter hæc Iudęi lapidare Christum volunt, quod se filium Dei Vnigenitum à patre, Patri æqualiter fecit: Ioan: 5.6.8.10. Cum sis homo, te ipsum deum facis dicendo, te filium esse Dei, te vnum esse cum patre, ideo te lapidamus. Propter hæc à Pontificibus & Pharisæis coram Pilato accusatur, primo, quod se filium dei vnigenitum à patre, descendentem de cœlo fecit: Deinde cum sit homo, verum deum se fecit, & Regem saluantem. Ioan: 10.18 19 Math: 26 27 Mar: 14.15 Luc. 22 23.

Non desunt Pilati & Herodes cum Pontificibus & Pharisæis, qui & nunc per Franciscoblandratiotas vt Herodes & Pilatus, Filium dei nothum, Spurium, deum titularem, solo habitu regio illusum & coronatum, sola titulari inscriptione gerentem in Cruce: Christus Nazarenus Deus & Rex Iudęorum, vt Matt: 26.27. Luc 22 23. Ioan. 18 19.

Ita & Blandrata cum F[r]ancisco Dauidis Filium d[e]i & Deum Iehou[a]m æternum, non æterna generati[o]ne Christum faciunt, sed solo titulari decreto, pręsc[i]entiá, vnctione, cum ipse Pater, ideo Christum filiu[m] [vocet], quia vnigenitus est à patre: Dicam decretum [I]ehouæ de me dicentis Filius meus es tu ideo, q[uia ego hode te geniui]

…tę geniui

te genui Dicit se ideo filium Dei, quia est vnigenitus à Patre: & spiritus sanctus ita loquitur per Dauidem & Apostolum, ad filium autem suum dicit Iehoua: O deus thronus tuus æternus est: Ideo vnctus es in regem, quia Deus habens æternum thronum es tu, quia diligis iustitiam odisti vanitatem. Ita & Salomo cum Paulo locutus est: Quia Iehoua me ab æteruo possedit & genuit me suam sapientiam, ideo per me fecit omnia, & me ordinauit vt fierem Rex, aut qui in me Filio Dei plenitudo Dei habitauit ab æterno, Ideo omnia, electio præscientia, Predefinitio, creatio, saluatio. benedictio per me facta sunt: Pro:8.10.Sap 7.9 10. Et vbique Reges & Principes Filius dei à sua deitate destinguat. cũ illi vnctione & officio sunt dij: Filius autem ideo quia vnigẽit⁹ est à prẽ ex ore sapiẽtiaq; pátris egressus.

Prou, 8. Col, 1. Eccle, 24. Io ĩ 1.3.5 Eph, 1.3 Col. 1:2.. Ebr, 1. Ioãnis 10. Psal 82

Vehementer gratulatus sum ego & fratres omnes cum S M V. primo Anno D 1566. secundum Ann:D. 1567. ad publicum colloquiũ omnes Pastores ex Vngaria & Transiluania conuocaret: Suáq; præsentia colloquia & disputationes publicas ornaret, & totam Synodum Maiestatis suę præsentia, imo & benefica, Regiaq; liberalitate & munificentiá ꝓmoueret: Et cum Anno pręterito, S: M: V: pręsens Varadini molestias & in sulsitates nostras benignè tolleraret, memini S. M. V. dixisse non ideo me exàminare quasi vellet Blandratę heresim amplecti, sed tantum velle cognoscere veritatem, dum priuatim ex verbo Dei per me de vera cognitione vnius solius Dei scire an sit idem vnum Deum solum esse & patrem, an vero differat, & [illegible]æ sit differentia inter vnum deum solum, & pátrem qu[illegible]entem: De quibus dum S M V. conscientiosè ex gign[illegible] Dei responderem, & dicerem sicut in natura, ꝓp verbo [illegible]ulare, differt à communi & vniuersali natura, rium sing[illegible]a: Ita ob has rationes Vnus Deus & pa & substant[illegible]non semper idem sunt, quoties vnus deus ter gignens [illegible] filio

Filio, & spiritui quoque sancto tribuuntur,& non so-
li patri: Primo quia Nomen patris solius est dei gig-
nentis Filium de sua imagine: Solus Deus gignens vo-
catur pater habens Filium nec vnquam filius & spiritus
sanctus Deus gignens, aut pater gignens, filiumque su-
um mittens dici possunt: Sed vterque filius & & spiritus
Deus,dominus,vnus solus dici possunt,Deus filius,de-
us & Spiritus sanctus: Non autem filius est Pater gig-
nens: Spiritus est pater gignens filium: Cum igitur de
filio, & spiritu sancto nomen pater prędicari non po-
ssint: Non sunt idem Deus solus,& pater:

Secunda ratio: Ipsi Antichristi fabulantur, filij dei-
tatem integram totam non partialem filio datam esse,
sed Paternitas patris non est filio data: Non igitur vnus
deus & pater sunt idem,sicut nugantur Hęretici:
Tertia: Pater tantū vnus est de solo gignente deo dici
potest: Nec Pater de tribus testibus nec tres testes de prē
vno prędicari possūt. Nō,n.dicitur hi tres testes:pater
sermo,Spūs,sunt vnus pater nec cōtra vnus pater sunt
tres testes. De vno aūt & solo deo cōuertibiliter dici pos
sūt: Hi tres testes pater,sermo,spūs sūt vnū,vnus deus:Et
cōtra unus deus Iehoua,Est Elohim,dij idest,tres testes,
pater,filius,& spūs s:1.Ioa:5.Deu.5.6. Quarta ratio:
Quia deus vnus & solus alius eē nō pōt à filio & spū s:Deu
5 6.Esa:40:45.48.Ego Iehoua deus tuus creator & sal
uator,nō est deus & Iehoua alius extra me pręter me. Pa
ter aūt alius est à filio misso: Alius est Filius à patre mittēte
Ioa:5.68 10.alius est pater qui me misit. Aliū paracletū mi
ttā vobis. Vnus deus Iehoua álius eē à filio nō pōt Es: 40:
48.Pater est alius à filio misso: Ioa:8.10.ergo pater & deus
vnus solus,nō sunt idē,nisi cū p appositionē & interpre-
tationē additur. Vnus deus & pater.Sed hoc filiū nō ex
cludit Nā deus expositiuè dūr pater,nō exclusiuè: Sicut
Filius dicitur vnus solus deus magnus benedictus creator,salua
tor cui ōne genu flectitur, sed expositiuè nō exclusiuè

quasi pater non sit Deus Iehoua adorandus. Esa 45. Rom: 1 8 9 14. Titum 1.2 5. Non sic dicitur filius Verus Deus & vita æterna, vt pater non sit verus deus & vita æterna: De similibus idem est Iudicium: Hæc cum S: M.T. refferrem, Placuerunt S: M: V; & approbauit, quin potius & hoc adiecit, S.M V. nondum Francisco-blandratorum doctrinam aut confessionem recepisse, neque velle approbare, & recipere, sed tantum diligenter examinare, & cognoscere, an sit verá, & fundata ex verbo Dei: Hoc cum fratribus meis refferrē, vehemetér gratulati sunt & deū Pro salute S:M: V. vno ore deprecati sūt: Cū igitur & nunc Cyngerini conuenissemus, comparere aduersarii Blandratoitę noluerunt, cum saluum Conductum Principis Germanorum, illis exhiberem, & offerem, & promitterem, illis saluum reditum: Sed mala causa facit semper timere: Nos reiectis omnibus conparuimus quoties S. M V. mādauit: Illos quoque S.M.V. cogat vt ad liberum colloquium ad nos egrediantur, vt ex verbo Dei nobiscum conferant. Nam certissimè persuasimus, sicut Debrecij publicè, & Varadini coram S. M. V. dealaratum est: eos duobus saltem argumentis ex verbo Dei sumptis obmutescere: Sicut & nūc in Belenies, Beches, Lasco, & Tolnę Franciscoblandratoitę conuicti, & conclusi sunt.

Nolumus autem vt nostras importunitates M. S. V. devoret, aut sustineat: Tantum ad liberum colloquium eos inuitamus: Si verbo Dei destructi, & conclusi non fuerint S. M. V. Iudicio omnium Ecclesiæ Christi doctorum & Pástorum in toto Orbe terrarum, me infirmum vasculum digna pœna, & iusto iudicio puniat: Vita & rebus meis priuet. Hoc saltem ex Verbo Dei & lege naturę ex benigna & clementissima S. M. V quę me munifica liberalitate ornauit, obtineam, ne accusàtiones contra me recipiat Aduersariorum, sed

coram

Cord.S.M V.me exaudiat,examinet,Hoc secundo,ob tinere cum Senioribus Ecclesiæ a S.M.V, volo,vt car nalibus ãrmis remotis, liceat nobis publicè disputare contra Antitrinitarios, liberè,solo Dei verbo & do- ctrinę puritate,reiectà stulta & priuata interpretatio- ne ac detorsione, vt, iubet Spiritus s: Sed scriptura scripturam interpretetur: Nam hactenus Francisco blã dratoitæ & Antitrinitarij cum cognitionis linguarum sint ignari ,& fontes ignorent priuata visi sunt de- torsione.

Ideo autem huius Synodi confessionem S.M.V. de dicare cum literis Theodori Bezæ volui, vt intellige- ret S.M.V. nos purissimo Dei verbo niti, non opinio- nibus stultis nec priuatis cõsilijs, sed cum verbo Deî & doctoribus Catholicis Ecclesię verę consentire: Vt ergo S.M.V.piè & benigne legat, ac diiudicet iuxtà Dei Verbum oro.

Hęc omnia S.M.ex tribus libris meis Geneuę e- ditis clarius intelliget,de quibus Bezæ iuditium ex li- teris eius S M.intelliget: Et bona fide promittimus om nes Franciscblandráticos gladio Spiritus s· vnica hora nos conuincere posse dũ modo mititantur ac quęrant veritatem.Debrecini 10. August:An:D:1 5 70.

Seruus Iesu Christi & Ecclesiæ Christi
in Vngaria· Serenissimęq; M.V:
subditissimus Petrus Melius
Horhinus, cũ fratrib⁹ suis Ie
su Christi seruis,& S M·
V.in domino subditis.

FIDELI CHSISTI Seruo, D. Petro Meliò, ECCLESIAE DEBRECIEN-sis verè fido Pastori fratri, ac symmistæ obseruando. THeodorus Beza

S. P. D.

LIBRI TVI, MI OBSERVANDE frater, serius ad me prælati sunt, quàm vt his nundinis excudi potuerint. Curabo tamen quantum in me erit, vt desiderio tuo satisfiat. Iudico enim & rectè & diligenter à te confutatas perditissimorum istorum blasphemias, & hos tuos labores Ecclesię admodum vtiles futuros. Videris tamen mihi interdum eòusque sequutus veterum vestigia vt nonnullos locos non prorsus commodè in aduersarios torsoris. Sed hæc nō multa sunt, & vt tollantur, supersunt aliâ satis superque expressa & valida, quæ penitus confutandis illis sufficiant. Quinque pulcherrimos huius argumenti dialogos græcos Athanasij nūquam adhuc visos, latinos feci, quos confidebam his nundinis editum iri. Sed me quoque Typographi nostri fefellerunt. Extabunt itaque proximis nundinis & quidem cum auctario. Siquidem ijs adijcere constitui Cyrilli de Trinitate dialogos, græcè antehac nunquam editos, recognitâ etiam à me latina eorundem interpretatione. Hæc igitur & alia meditantibus nobis vtinam adsit Dominus vt áliquam huic terrarum angulo quietem tueri pergat in tantis tempestatum.

tum fluctibus quibus vicina regio deuastatur. Etsi enim aliquis est de pace in Galijs confecta rumor, tamen id mihi nec probabile est factum esse, nec si factum est, tutum satis videtur, Nostri, dei gratia, iam sunt constantes, nec multominus instructi quam antea. Sed det nobis Dominus veris nostris armis potius quam carnis Brachio confidere. Tu veró, mi frater, perge & fortis esto. Dominus enim tecum est. Perge quoque cæteros fratres hortari & tuo pulcherrimo exemplo confirmare, quos omnes & in genere & priuatim rogo vt ex me vt commodum erit quam officiosissimè salutes. Mitto ad te libellum quendam nostrum, in quo nonnullas horum temporũ controuersias studui perspicuè explicare Rogo te vt inspicias, & dijudices. BENE VALE, Vir eximie, & frater obseruande. Dominus Iesus accendat in nobis veritatem Euangelij sui magis ac magis inter nos superata mundi perfidia, confirmet vos omnes in opere suo, & ab omni màlo custodiat. Geneuæ, 7: Idus Martij, 1570.

Tuus Beza. Sedunbox.

CONFESSIO PAstorũ Ecclesię Iesu Christi, exhibita in Czenger de vno & solo Deo, qui est Pater, Filius, & Spiritus sanctus, cõfirmata explicatione Phrasiũ Hebræarum, & Regulis certis ex Verbo Dei desumptis.

DE VNO ET SOLO DEO.

Esai, 40, 44.45. Deut:5.6: 1.Cor.8, Mar.12;

Verè & sincerè Confitemur secundum Scripturas sacras Deum Verum esse vnum & solum, Authorem & conseruatorem omnium, qui sic se patefecit, vt sit Pater Filius et Spiritus sanctus.

DE TRINITATE VNIVS IEHOVAE.

Hunc vnum & solum Deum, tres in cœlo testes Patrem, Filium & spiritum sanctum esse credimus: Qui licet tres sint subsistẽtibus suis proprietatibus, & officiis dispensatoriis: tamẽ hi tres vnum quoque sunt, vt Apostolus testis est. 1. Ioan:5.

DE PATRE AETERNO.

Patrem vocamus ex Verbo Dei, Deum &

Ieho-

Iehouam in ſe vitam habentem à nullo exiſtē tem, & omni origine carentem, qui ex ſua hypoſtaſi tanquam Characterem & ſplendorē ſuæ gloriæ, filium vnigenitum ab æterno ſine omni principio & mutatione genuit, per quē omnia ab æterno præſciit, & diſpoſuit & in principio creauit, & conſeruat & electos iuſtificando ſaluat, impios autem condemnat.

DE FILIO DEI.

Chriſtum iuxta carnem Dauidis filium, per omnia fratribus ſimilem excepto peccato credimus. Hunc eundem Chriſtum, ſecundum Logon, credimus & confitemur filium Dei vnigenitum à patre, Deum & Iehouam æqualem patri, & ab initio ante ōnia opera, ex ore altiſsimi, tanquam ſplendorem gloriæ, & Characterem ſubſtantię eius genitum eſſe, per quē omnia facta ſunt ante creationem, in creatione & poſt creationem.

Qui dicitur Angelus fœderis, & ſermo Dei, carnem in fine ſeculorum aſſumens. Ro: 1.8.9. Heb. 1.2.3. Gal: 3.4. Qui cum ſubſiſtens eſſet in forma Dei patri æqualiter ſe humiliauit ac formam ſerui aſſumſit, ſic totum andilytron ſeu æquiualens preciū virtute & po-

Pſalmo.2.
1:Timot,3.
Roma,3.4:8
Ebreo.3.8.9.

C tentia

tentia spiritus æterni in carne assumta persol
uit. Quia in ipso Somaticôs seu verè pla
cuerit Patri, totam plenitudinem Deitatis in
habitare vt sic omnia per eum restaurari pos-
sint, Eph. 1. Colos. 1. 2. 2 Cor: 5.

Matthei 1. 3. Huic Christo licet iuxta carnem tempora
Luce 1 2. 3. lis tribuatur origo & natiuitas, tanquam ve
Roma, 1. 8. 9 ro homini fratribus per omnia simili, excep-
Ebreo. 3: 8: 9. to peccato: tamen, quatenus est vnigenitus à
Ioanis, 3. 8. 10 patre, subsistens in forma Dei, ita in se vitam
Phil p: 2: habens vt Pater, caret omni origine, & tem
Michee 5. porali mutatione. Quia est IEHOVA
Zach. 2: 3. 10 à Iehoua egressus, & missus à diebus æternis,
Prouerb: 8: sola mystica & ineffabili generatione vnige-
Psalmo. 2: nitus à Patre:

DE SPIRITV SANCTO.

Spiritum quoque sanctum credimus & cō
fitemur, à Patre procedentem & à filio emissū
in corda credentium, esse Adonai Iehouanu
vt in Ezechiele se spiritus sanctus appellat. ca
pite: 2. 3. 8. 10. Cui omnia elogia, vni soli Deo
propria tribuuntur. Perinde vt Patri ac filio,
scilicet, Primo Iehoua Adonai, Deus voca-
tur. Psal: 95. Ebr: 3. Secundo vocatur Deus Ie-
houa scrutans corda & renes, seu Deus omni-
potens

Tertio

Tertio, creator conseruator, regenerator sanctificator.

Quarto, autor & distributor omnium donorum Dei, 1. Cor. 12. Gal. 5. 6. Eph. 5. 6. Fructus spiritus sancti sunt fides, spes, charitas. Rom. 3. 4. 8. Gal. 3. 4.

Quinto, quia futura predixit in prophetis, elegit, & emisit Apostolos sua authoritate Acto. 13. Hi tres Pater, Sermo, & spiritus quia vnum sunt in Iehouah & in æterna deitate voluntate, consilio & operibus, vt Ioan: 3. 5. 6. 10. 14. 15. 16. dicitur: Sunt vnum & in adoratione, sicut enim Deus Pater sine filio suo, & spiritu sancto eligere, creare, sanctificare non potest, Ita Pater sine filio & spiritu sancto Deus Iehoua adorandus esse non potest. Iob, 26, 27. 33.

DE COENA DOMINI.

Cœnam Domini vocamus Sacramentum à Christo ex pane & vino institutum in memoriam mortis suę. Sicut autem Papisticam trãsubstantiationem ex verbo Dei negamus: Ita pernegamus Sarcophagiam, corporalem & cruenta, hoc est ore corporali naturale Christi corpus ex virgine natum sumi in cœna. Et panem substantialiter, & realiter sine vlla transubstantiatione, corpus Christi esse, aut in pànem corpus Christi contra fidei & naturę regulam includi, & in pane ore carnali ab omnibus in cœna sumi: cũ Symbolũ & scriptura doceant corp⁹ Chrĩ ascẽdisse in cœlũ. Deinde ĩpossibile

& contra naturam est contentum suo continente, locatum suo loco maius esse: vt Plantæ & arbores, animalia

Matt. 26. 27. ipsa terra continente vel orbe maiore esset panem cœ

Mar. c. 14. 16. næ, posse totum corpus Christi capere & poculum totum Christi sanguinem continere, aut includere. Deinde, quin & post verborũ Christi pronuntiationem, Christus Apostolis panem dedit, & non Corpus suum quod pro nobis postridie obtulit: Et Paulus dicit: Si quis panem hunc indignè comederit, reus erit corporis Christi. Panis quem frangimus, nonne est communicatio corporis Christi? 1. Cor. 10. 11.

Tertio: Quia vocatur Panis memoria mortis & corporis Christi: Memoria autem vocatur ex Dei institutione signum fœderis. Quicquid enim recordari facit, rectè memoraculum seu signum vocatur, vt Gen: 9. 17. dicitur: 1. Cor: 11 Luc: 22 Quárta ratio: Impossibile est diuersas species, disparatam & aliam speciem & formam esse posse naturaliter & realiter in sua forma substan-

Exo 3. 4. 7. 8. tiali, sine transubstantiatione & mutatione disparatarũ specierum de sua forma, & substantia prima aut subiecto in aliam naturam, Vt Virga Mosis non fuit serpens, sine trànsubstantiatione. Aquá non fuit sanguis in Ægypto nec aqua vinum fuit in nuptijs, sine mutatione: Ita nec Panis cœnæ realiter, & substantialiter, ac corporaliter corpus Christi esse potest, neq; ore corporali sumi potest, nisi in carnem Christi transmutetur, à missá forma & substantia pánis.

Quemadmodum damnamus Papisticum delyrium dum sic nugantur: Primo panem transubstantiari, & offeri in Missa: Deinde sola accidentia panis mánere, sed sub illa forma visibile panis, corpus Christi latitari, cũ impossibile sit accidentia manere sine suis subiectis, & formas substantiales quæ dant esse rei, Id est, ob quas, res suis nominibus appellantur, sine primis sub-

stantijs

stantijs subsistere posse: vt in cœna cum panis sit forma corporalis, & tamen substantia prima, aut subiectum corporis Christi naturalis lateat sub forma panis. Ita & eorum insániam damnamus, qui asserunt Sarcophagiam, id est ore corporali sumi corpus Christi naturalè, sanguiuolentum, sine vlla mutatîone, & transubstántiatione. Nam vt impossibile est accidentia manere, & sumi sine subiecto, vt Papistę nugantur videri quidem accidentia panis, sed corpus Christi in Missa sumi Ita isti Creophagi, aut Sarcophagi, delyrant dum somniant panem quidem videri, & panem non mutari in corpus: Tamen, pane manducato, corpus Christi realiter & substantialiter ore corporali sumi: Id quod contra fidei & naturæ regulam est scilicet disparatas species, in alijs specierum formis esse posse substantialiter, & sumi sine mutatione: Sicut aqua vinum esse in nuptijs, nec pro vino sumi potuit: sine versione aquę in vinum: Ioan. 2. Sola ergo appellatione transubstantiatores papistę à Sarcophagis corporarijs differunt, sed reipsa in re Sacramentaria per omnia conueniunt:

DE SACRAMENTARIIS.

Reijcimus & eorũ Delyrium, qui Cœnã Domini vacuũm signũ, vel Christi absentis tantum memoriã his signis recoli docent: Nam sicut Christus est Amen, testis fidelis verax, veritas & vita: Ita cœna domini est prę sentis & infiniti, æterniqꝫ filij dei vnigeniti à parre memoria: qui se & sua bona, carnem suam & sanguinem suum, id est panem viuum & potum cœlestẽ spiritus sancti ope per verbum promissionis gratiæ, offert & exhibet Electis fide vera Euangelium Crristi apprehendentibus: vt Ioan. 6. 14. 15. Apocal. 1. 3, Matt. 18. 25 1 Corin. 8. 10.

DE PRESENTIA IN COENA.

 Cristum

Christum credimus vbiq; electis suis presentem vt filium Dei Iehouam vnigenitum á patre, quatenus hi tres sunt vnum, id est vnus Deus. Sed hic filius Dei vt deus sermo est mysticè & spiritualiter quoque diuenter præsenter Iehouali sua deitate, & cum donis in vnigenito & primogenito Somaticè & verè habitantis ad est, perinde vt pater, sicut vitis in palmitibus caput in membris ad est: Ioan. 15 1 Cor. 10 12. Eph: 4. 5. 6. Vt autem est homo fratribus per omnia similis. idest in Ecclesia sua mysticè & spiritualiter: Primo adest per vnionem cum Logo quatenus vnitus est Logo vbiq; presenti: Secundo, adest in sua promissione per verbum & fidem, cōmunicando se electis ut vitis in Palmitibus distantibus & dissitis a vite caput in membris dissitis à capite adest per venas, ita vitis & caput homo Christus quoq; nostrum adest p promissiones gratie, dum Panem viuum, & potum cœlestē nobis cōmunicat: Ioan. 6. 8. 10 14 15. Tertio adest. institutione sua sacramentali aut spiritus sancti effusione in electos Quarto: officio dispensatorio, aut intercessione pro electis : Ioan. 15. 16. Ebr. 1. 7. 9. 10. Non est autem presens carnaliter sicut in vtero matris in Iudæa in sepulchro fuit presens localiter: Quia ascendit in cœlum corporaliter, surrexit non est hic & oportet in cœlo esse usq; ad diem iudicij Acto 3

1. Cor, 8. 10.
Eph. 1. 4. 5. 6.
Mar. 14. 16.

DE VERIS SACRAMENTIS:

Scriptura sacra, hæc quatuor in omnibus signis noui fœderis proponit: Primo fœdus seu pactum ipsū, quod est dei gratia, reconciliatio cum hominibus propter Christum, dona propter Christū per ipsūm f: electis fide exhibita, & applicata: Secundo materia rei ex qua sacrātum instituitur, vt iris cū Noah, preputiū carnis cum Abraham, iumenta & panis in sacrificijs: In Baptizmo aqua: In cœna, panis & vinum: Tertio, causa formalis. diuersis enim formis signa erecta sunt cum Noah, Abraham, & populo Iudaico: & in nouo Testamento

Ba

baptismo diuersę sūt formæ Sacñti: Quarta causa finalis quæ respicit deum & homines, hinc dicta sunt signa, fœderis, memoria pacti aut noui testámenti inter deū & homines: respectu causæ finalis dicta sunt res Sacramētarię signa, aut memoria in signum fœderis, & reconciliationis instituta, vt iridis erectio & circuncisio vocatur Berijt id est fœdus: Deinde Oth Bergth, id est signum fœderis Gen: 9. 17: Ita in cœna panis & vinum respectu causæ finalis sunt memoria mortis Christi, id est signa commu nefacientia de morte Christi: Matt: 26. Lucę 22 1. Cor: 10: 11: Panis & vinum sunt per se & sua naturà sine vlla mutatione Papisticá aut Creophagicá vt: Papistæ somniant corpus & nouum Testamentum aut communicatio corporis sunt mystica & sacra Christi institutione & appellatione sine transformatione corporaria, sicut Supra dictum est. signa enim non substantiam signatorum sed tantum accipiunt nomina vt Ge: 9 17 1. Cor. 10. Lucę 22 Iris & circuncisio nunc fœdus, nunc signum, & in cœna Elementum nunc Panis nūc corpus Christi appellatur: 1. Cor. 10. 11. Sed non mutatur Panis in corpus Christi. sed accipit nomen corporis & vinum sanguinis, non essentiam aut naturam carnis & sanguinis Christi vt Papistæ somniant:

DE AETERNITATE.

PRO: XLIII.

Aeternū quoq; variè sūitur primo Dei respectu quoties Deo Patri filio spū sān: tribuitur, significàt prīcipio, & fine mutationeq; carentē perpetuitatem. Tu Iehoua habitans æternitates: Tu Iehouá Deus es in æternum. Esa, 57, ca. Esaie, 9,

Secundo sumitur pro Christi descriptione filiali & infinita natura, virtute & efficatia vel natiuitate. vt pro. 8. Sap: 7. 9 Ecc: 24. Ab æterno ante omnià genuit me Mich: 5. egressus eius ab æterno à diebus æternis. Esa. 9. Christus est filius Dei deus fortis pater æternitátis, Hoc

sta

est autor æterni fœderis testamēti salutis, iustitiæ & vitæ æternę causa. Ebr.1.9.13 Angelus est fœderis. Testm̄ in Christo cònfirmatum: Testamentū æternū in sanguine Christi confirmatum est: Effectū ęternum, salutē, vitam, tèstamentum, seu fœdus æternum tribuit filio dei dato, vnigenito à Patre infinito æterno: Qualis effectus, talis causa: Sed effectus Christi, redemtio, salus, testamentū sunt ęternum: Ergo & filius est Pater ęternitatis, idest, Deus æternus infinitus vt pater: Esa: 9. Tertio. sumitur: Pro continuo tempore, hoc est, pro spacio quo mundus creatus est, ꝑ diebus in quibus mundus factus est: Hinc dicitur: Elegit nos ante temporā æternà, id est ante septém dies creationis, ante creátionem ab æterno elegit: Eph 1.2 3.5.2. Timoth 1.2 3. Quarto: sumitur pro infinita piorum salute, & cruciatu impiorum. Quæ vt se in electis & vasis iræ habēt initium, tamen iam fine carent salus, & condemnatio:

Genesis. 13.
Ioannis 18.
Leviti, 12.

DE BAPTISMO INFANTIVM.

Propositio XLIIII.

Infántes omnes ecclesiæ oblatos, qui canes & porci nō sunt, In nomine patris Filij & Spū: S Baptismo baptizandos esse docemus Sicut promissio & signatum vel fœdus ad infántes & electos pertinet, & Sacramentum circumsionis infantibus quoq; institutum fuit.

Romano. 5. 6
1. Cor. 15.
Colossen. 2.

XLV. Pro:

Scriptura nomen Baptismi varię vsurpat. Primo pro aflictione, & cruce electorum· ut Math 20: Potestis baptizári quo Ego baptizor? id est, potestis ferre illam crucem infinitam aut pœnas infinitas Secūdo sumitur baptismus pro regenerōe, Et causa regenerōis pro Spū & igne aut gratiæ dei plenitudine. Ille Baptizàbit nos igne & spiritu. Nisi quis nátus fuerit ex aqua & spū non poterit ingredi in vitám Matth.3. Mar.1.1. Ioa: 1.3 Tertio sumitur baptismus pro signo regenerōis & lauacri inter

oris

loris quod à Chrō institutum est, in nōie patris, Filij & Spiritus S: Matth. 28. Quarto, sumitur pro Christi baptismo, vel pro nomine Christi, pro pœnitentia & cōuersione: ut Mat. 3. Pœitentiam agite & baptizetur vnus quisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum idest agite pœnitentiam vt propter Christum accipiatis remissionem peccatorum & donū spiritus. Quinto, pro religioue & confessione Christiana, & vnione insertioneque fidei, doctrinæ & confessione Christi. Vt Acto. 10. Numquid aquam prohibere potest áliquis, ne baptizentur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt & iussit eos baptizari Petrus in nomine domini Iesu Christi. Hic baptizmus aquæ primo. Secundo baptismus Spiritus & ignis. Tertio baptismus nominis Christi explicatur. Baptizati sunt in nomine iesu. Hoc est primo in nomine Pátris filij & spiritus sancti aqua sunt baptizati. postea susceperunt nomen Christi, facti sunt Christiani fidem doctrinam & religionem Christi susceperunt, & apprehenderunt Gal: 3. 1. Cor: 3. Quicūq; in Chrō baptizati estis, Christum induistis. Sexto pro lotione & communi lauacro sumitur Iudit. 12. Baptizabat se Iudit in fonte. Mar: 1. Iudęi non comedunt, nisi baptizentur prius. Prop: XVI.

DE LEGE

Lex ad peccata arguenda, & Euangelium propter annunciandam remissionem peccatorum prędicandum est: Neq; enī pœnitentia prędicari potest, neq; peccata argui possunt, sine lege. In suis ergo finibus Lex & Euangelium prędicanda sunt. Pro: XLVII

DE RITIBVS ECCLAESIASTICIS.

Omnes honestos, & pios ritus verbo Dei consentientes & seruientes gloriæ Dei, & ędificationi ecclesię, cātilenas scilicet ex sacris literis compositas, cum intellectu Spiritu & mente canimus: & reijcimus insanos, qui

his contradicunt, aut lingua non intellecta in cœtu dif cantizant, aut reboant ad cœlum vsq; vt Sacerdotes Baal. 1. Cor: 14. Eph: 5. Pro: XLVIII

DE VESTITV PASTORVM.

Quia in sacris literis in veteri, Nouo testamento nulla limitatione, figurá, aut mensura ministrorum ecclesię vestes in vsu communi circumscribuntur, & limitantur, stultum & impium est hæredes & dominos omnium creaturarum, à domino Deo factos facere seruos in vestitu, cibo & potu superstitioso. In his ergo omnib⁹ mediocritas pia & sanctá seruiens honestáti, decoro & necesitati secundum circumstantias seruanda est. Vitãda sunt extrema omnia, Luxus, superbia, scandala sordicies, & Auaritia, non seruiens, & non parcens naturę 1. Cor: 6. 14. 15. Pro: XLIX.

DE TEMPLIS.

Templa & loca Conuentus electorum, remotis Idolis & Papisticis sordibus Idolorũ, Ararum, & boatuum recipimus: Etiam si prius eis Baalaim abusi sunt: Nulla enim creatura in terris est, qua impij abusi non sunt. Sed abusus non tollit substantiam bonę rei. Hoc ẽ, non sunt ideo creaturę dei per se bonæ reijcidę, quia ijs impij abusi sunt. Pro. L.

DE CIBO ET MERCEDE PASTORũ.

Scriptura sacra, & natura docet dignos esse operarios cibo & mercede sua: Impiê ergo nugantur clamitantes, mercedem non esse veris in christo ministris dandam: Sicut noui Heræctici fabulantur, sub Monachorum prętextu, qui licet non paciscantur cum ouibus, sed tamen ijs pellem & carnem excoriando detrahunt, vt Ioan. 10. 11. Hiere. 23. 3. Spiritus Dei falsis prophetis loquitur: Ezech. 14. Esa 58. Pro. LI.

DE CAVSA PECCATI.

Sicut

Sicut impossibile est contrariè inter se pugnantia, & destruentia se mutuò, causam efficientẽ formalemq; esse posse sibi contrariorum: Vt Lux nō est causa tenebrarum, neq; caliditas frigiditatis. Ita impossibile est Deum, qui est Lux, Iusticia, Veritas, Sapientia, Bonitás vita causam esse tenebrarum, peccati & mendácij, ignorantiæ, cœcitatis, malitię, & mortis: Sed horũ omnium causa Satanas, & homines sunt. Quęcunq; enim Deus ꝓhibet, & propter quę damnat fácere ex se & per se non potest: Deu: 32. Pro: LI.

Psalmo. 5. 46 61. 66. 80 84. 114. 135

DE APROSOPOLIPSIA IN DEO.

Sicut qui operantibus æqualiter simul mercedem æqualem iustè reddit, & qui non merentibus donat ex grátia, libero arbitrio quæ vult, non est respector personarum: Ita Deus, mortem & condemnationem tanquã peccati stipendium, dum omnibus merentibus æqualem reddit, ex debito secundum iustitiam & legem suam, iustè fecit, Et contra dum non merentibus donat propter Filium ex plenitudine gratiæ suæ & libera voluntate iustitiam & vitam, non est Prosoliptis, idest non est respector personarvm, vt dicitur. quod tuum est, & meritus es tolle, & vade: Annon licet mihi facere de meo qnod volo? Annon oculus tuus est nequam? non meus occulus, quià ego bonus sum. Matt: 21.

DE MEDIATORE.

Christum Filium dei & hominis totum secundum vtramque naturam verum Melchisedecum, pontificem, regem Mediatorem, & saluatorem redemptorem confitemur propter has causas.

1. Propter iustitię & misericordię temperamentum: vt iustitię infinitę & legi damnanti propter peccarũ satisfaceret in carne moriendo, virtute & efficatia spiritus æterni. Deinde vt & misericordię diuine viuificandi electos per eiusdem sermonis & filij Dei vnigeniti

 omni-

omnipotentiā satisfieret, iuxta electionem æternam in Christo ab æterno factam Eph. 1.

2. Propter antilytron, áut æquiualens prǽcium, hoc est vt perfectè Mediator prǽcium salutis pro electis soluere possit, hoc scilicet: propter peccatū hominum, mori in carne possit: Deinde peccatum, mortem Diabolum infernum legis maledictionem destruere possit, imaginem autem Dei amissam vitam iustitiam sapientiam Dei, reparare possit, & viuificare, omnia restaurare possit deitatis suę virtute, & potentia: Rom: 3. 4. 8. 2. Cor: 3. 5 Col. 1. 2. Eph: 1. 3.

3. Quia literaliter Mediator vocatur Flius Dei vnigenitus immortalis, id est verus Deus, vita æterna, id est Immortalis Iehoua Deus æternus, magnus laudandus in sęcula: Deus magnus, sua potentia & virtute saluās 1. Cor: 1. 3. Col: 1. Eb. 1. 7. 9. Zach: 1. 3. 10. 13. 14: Osæę: 1. 2. 3. 12 Idem Mediator Dei & hominum vocatur homo Iesus Christus. Sunt ergo gloriæ dei & veritatis, iustitię deitatis destructores, sunt pacis inter homines hostes, qui Christum mediatorem, id est, Filium Dei vnigenitum à Patre, & hominem verum negant. Luc: 1. 2: Impossibile enim est gloriam Dei in cœlis perfici legem & Euangeliū impleri, & sálutē pacem electorum perfici sine Filio dei vero deo, & homine, & sine vero homine: Romano. 1: 3. Colos: 1. 2. Ephesio: 1. 3.

Finis.

Per Petrum Melium Horhinum.

PROPOSITIones verę, & Consentientes SCRIPTVRIS Sacris

1. DE VNO ET SOLO DEO.
2. DE IEhoua Elohijm, seu tribus testibus.
3. DE CHRISTO Dei Filio vnigenito, & primogenito à Patre ante omnia opera.
4. DE FILII vna & sola, Iehoualiq; Deitate.
5. DE SPIRItus sancti Deitate Iehouali.
6. DE Vna & eadem adoratione & cultu, PAtris, Filij, & Spiritus sancti, Propter vnam & eandem causam adorationis:
7. DE Deo Iehouali & Naturali: Patre, Filio, & Spiritu S: & de Dei dispēsātione & officiofacto
8. DE ANTICHRISTO, & eius signis:
9. DE Causa peccati.
10. Quod non sit Deus Prosopoliptis propter Electorum saluationem, & reprobationē Imp[illegible].
11. DE Baptismo Infantium.
12. DE Legis & Euangelij Prædicatione in Ecclesia CHRISTI.
13. DE Ritibus Ecclesiasticis, verbo Dei consentientibus, & de cantu Ecclesiastico.
14. DE Libertate Electorum in cibo, potu, Vestitu, Scandalis, & extremis in defectu & excessu vitandis.
15. DE Templis & locis Conuentus, & congregationis Electorum.

DEBRECINI. Ex officina Andreæ Lupuli.

Amico facili omnium iucundissim[o]
[illegible]

SVMMA CONFESSIONIS VERAE.
De DEO & alijs Articulis, ab Hæreticis & ANTI-
christis oppugnatis Disputandæ, Czengerij
26. Iulij & MISKOCZ 24.
Augusti Anno Domini.
M. D. LXX.

I. De vno Deo.

DEVM vnum solum, verum creatorem omnium & conseruatorem adorandum, extra quem, ante quem, alius Deus Iehoua, creator & saluator non fuit, ex verbo Dei docemus eum esse, quem in Hebrea lingua Spiritus I A H, Iehouam, Elohijm, E L & elscadai vocat. Deu: 5,6. Esa 25,26. Gen 17.

II

HIC vnus solus, verus, creator, conseruator adorandus Deus est Iehoua Elohijm, hoc est tres in cœlo testes, secundum Ioãnis expositionem: Pater, Sermo, Spiritus. Nam semper scriptura Iehouam, Elohijm, quoties explicat, ad Patrem, ad Filium, & Spiritum sanctum refert: Detestanda enim esset blasphemia, vocem Elohijm 1 Ioa 5
& alia quæ Pluraliter de Deo Iehoua dicta sunt, ad plures Deos uel Idola referre, ut ergo ad tres testes in vna Dei forma, in Iehoua vno, ad Patrem, Filium, Spiritum sanctum, referantur, oportet.

III.

SIcut condemnat Spiritus sanctus eos qui ex vno Deo plures Deos, aut ex tribus testibus in vna Dei forma qui Exod 20
sunt vnum, Patre Filio Spũ sancto, vel ex his quæ pluraliter de vno Deo (Propter distinctas trium testium proprietates) dicuntur, tres Deos impiè fingunt: Ita exitio æter Deu 5
no Sabellianos & Antichristos ira Dei deuouet, qui vnũ Deum Iehouam Elohijm, tres testes, qui dicit, Faciamus Descendamus, quis ibit nobis, Dij sancti ipse, verba Deo-

Esa 6. Deorum peruertistis viuentium ad vnum solum Patrem re
Iosuæ 24 ferunt, eumq; tantum Deum, Iehouam æternum infinitũ
Hier 23: creatorem, conseruatorem & adorandum nugantur: Nã
sic omnia oracula de tribus testibus falsa erunt, & Idola
ex Patre, & filio fabricant.

IIII.

Rom 8,9 DOMinum nostrum Iesum Christum, docemus filium Dauidis esse iuxta carnem, sed eundem dominum Ie
2Thĩ 1,2 sum Christum, filium Dei vnigenitũ à Patre, ante om
Ioãn 1, 4 nem creaturam, ante ommia Dei opera, qui declaratus
Colos 1. est dei filius esse per potentiam miraculorum, & plenitu-
Prou 8: dinem Deitatis, ut Acta Apostolorum & EVANgelistæ
Sap 9. testantur.

V.

Eccl: 24
Ioan 1, 9 IDeo autem Christum filium Dei à PAtre vnigenitum, tanquam splendorẽ gloriæ, Characterẽ substantię, Imagi
2 Cor 4: nem de forma Patris & Sermonem, Sapientiã, ex ore pa
Hebr 1,6 tris, filium Dei verum, & hominis asserimus, ut fieret ver9
Rom 4. Melchisedech, iusticiæ & misericordiæ temperamentũ hoc
1Cor 1,15. modo fieret: Vt moriendo in carne iusticiæ, resurgendo
veró ac immortalitate, misericordiæ Dei satis faceret, &
sic gloria Dei magnificata in cœlis, & in terris Pax fieret
hominibus. Lucæ 1, 2.

VI.

SIcut iniquè errant illi Hęretici, qui hominem Christũ de cœlo deducunt, & negant ex vtero matris sine viri semine, sine ptrẽ genitum, ex matre virgine verè & realiter: ita iniquè & contra Deum peccant qui Christum negãnt de ventre Auroræ ex Hypostaseos dei gloria, ex ore Patris vnigenitum Sermonem, Characterem, Sapientiam, splendorem, ex sinu patris exeuntem, genitum, & venientem in mundum, Panẽ cœlestem, Iehouam à Ieho ua genitũ & missum, Deum de Deo, Lucém de lumine ex Patre sine Matre, sine Genealogia, sine dierum principio hodie natum & ab æterno ante omnia Dei opera: Sed

deum

Deum & filium dei factnm esse in terris à Spiritu sancto per conceptioē̄m, & vnctionem, cum nulla sit litera quę doceat Christum Deum & filium dei æternum à Patre vnigenitum, ideo factum esse, quia à spiritu s: conceptus sit: Psal 81:
Manifeste enim dictum est, Deum Zaar, nechar, hoc est Deut 32.
Deum recentem, factum, nouum, qui cæpit post me non fu Ier 10
it ab æterno, non fecit omnia, non adores, sed pereant Dij illi: CHRistus áutem Patre teste. Esaiæ 43, 44. Sicut non fuit ante patrem, ita non cœpit post patrem in mundo, sed in patre cum & ápud Deum Sermo fuit deus, Filius dei, vita æterna, & sapientia apud Patrem fuit ab æterno, & apparuit in terris. Deum ergo dicimus & Iehouā Christum, propter eadē̄ Elogiá, & opera, propter quę Pater est Iehoua: Nam Christus Esaiæ 35, 40, 42, 43, Bar. 3.
44, 45. Ioan 3, 5, 6, 8, 10, 14, 15, 16. Propter eàsdem rationes se Deum, cum Patre facit.

VII.

SPIritus quoq; sanctus Adonai Iehoua est, Deus æternus, magnus, infinitus, creator, conseruator, regenerator omnipotens, adorandus cum Patre & Filio: HÆRETicè igitur errā̄t, qui Spiritum sanctum vnum & solum verum Deum cum patre negant, cum eadem E Psal 95.
logia vnius & solius Dei spiritui quoq; sancto tribuantur, Esaiæ 6.
quę & patri, cum dicitur Adonai, Iehoua, Deus, Dominus Ezech 2, 3
scrutator cordium & secretorum Dei: Futura prædicens, Hebr 3.
propria & libera voluntata sua dona distribuens: 1 Cor: 12. Si verum & dignum est patris & filij deitatem, voce spiritus confirmari, iustum & dignum est eodem prædicato, & elogio de spiritu sancto, communiter & propriè prædicato, confirmari: De similibus enim idem est iudicium.

VIII.

HAEretici sunt, Deo & naturæ contrarij, qui coccyssā̄t quotīes de Deo prædicatur, quod sit vnus solus & idem, vnus solꝰ Iehoua Elohijm sint tres testes in cœlo, contradictiones esse: Nam quæ de vno & eodem, di

 uersis.

diuersis respectibus dicuntur, non sunt contradictiones, in Ioanne est vnitas, est & dualitas Animæ & corporis, non tamen sunt tres Ioannes: Ita Deus vnus, solus propter vnitatē identicam, Deus vnus Iah dicitur: Elohijm veró sancti, viuentes, pluraliter dicitur, item descendamus, faciam9, tres testes, at non vnitatis respectu, sed Trinitatis, quaten9 in hac vna Dei forma tres sunt sibi æqualiter subsistentes, Pater, Sermo, Spiritus sanctus.

IX.

PR. Opter naturæ Deitatis, potentiæ, Sapientiæ, vnitatem & propter causás identicas, quas licet ordine vno & eodem tamen modo, æquali consilio, voluntate faciunt, Pater, Sermo, Spiritus, in electione, præscientia, præordinatione, creatione, conseruatione, saluatione, & quià eadem faciunt similiter, & æqualiter & hi
Zach 10, tres vnum sunt, Deitate, vita, voluntate, in causis adorá
Deut 5,6 tionis, vnum sunt èrgo & in adoratione, sed sicut ordo o-
32. perátionum est, ita & adorationis: Pater in Filio, Spiritus sancti ope per verbum & fidem ádoratur, sed Patré,
Ioa 5,8.10. Filio, adorato, Spiritus s. non excluditur, nàm sicut pater
17: vnus solus Deus, & extra filium esse non potuit, & nihil
Esaiæ 26. sine filio & Spū s facere potuit, ita nec adorari sine filio,
24.35.40, & Spū s. potest vel potuit.

X.

43.45:48. SIcut cultus & adoratio Patris, filij, & Spiritus, vnus &
Psal 33. idem est, non alius, non diuersus, inæqualis, maior,
104. minor: Ita Iehoualis Deitas, potentia, operatio, & causa cultus, & adorationis, in Patre, filio, Spiritu s. vna & eadem est, Christo, & Patre teste. Esa: 25 35 40. 42. 43. 44 45 48. Io: 5 8.10.12.16.17. Ego Iehoua, vnus solus, ego creator, saluator solus, ègo solus deleo peccata ideo út me solum adorent omnes, sicut præter vnum cultum non potest esse alius, ita præter vnum solum, Iehouam, alius esse non potest: Deut: 5 6.32 Zach: 14 Sicut Iehoua v n9 & nomē seu cult9, & adoratio ei9 vna. Ego & pater vnū sum9, eadem similiter facim9, ut me quoq; sicut Prēm adorēt. Esá: 45 Ioan: 5.6.8.16. Cum

XI.

CVM Scriptura inquit: Non est Iehouá, creator, Deų adorandų, alius extra me sigĩficat pręter vnum solum Deum non esse alium: Deinde nec vnam & solam Hypostásim Patris, aut filij, aut Spiritus s: in vno Iehoua, & Dei forma in se, propriè, & Hypostice, ac distincte subsistentem, vnum & solum Deum esse posse exclusiue. Ita ut à Deitate Iehouali Patris, & adoratione, filius & Spiritų s: excludãtur: Nam scriptum est, alius est Pater, qui me misit. Non est ergo vnus, solus Deus, tantum Pater sine filio & Spiritu s: quià vnus solus Deus non est alius: Pater est alius à filio misso, ergo non tantum pater est vnus solus Deus Ioán: 5.

XII.

DVPpliciter Deum ponit Scriptura, Primò, in se sicut est Iehoua Elohijm, in tribus testibus, patre filio & Spiritu s: Ego in Patre, & Pater in me, extra pátrẽ & filium, Iehoua creator, saluator, adorãdus Deus non est: Secundo, Proponitur Deus respectiuè, officialiter, & dispensatoriè, pet communicationẽ, sicut est in angelis, electis & principibus. Hanc dupplicẽ Deitatem Christų, docet Ioán: 10. Principes sunt, ideo Dij, quia sermo Dei factus est ad eos, id est, officio, participatione sunt Dij. Ego ideo Deus sum, quia filius Dei sum, signatų à patre, idest ex hypostasi patris ita natus, ut character ex sigilli hypostasi.

Esaie 43 41, 42, 43

XIII.

HAEretici & Antichristi illi sunt, Primo qui grãm Dei trãsponunt in luxum, Iudæ 1. 2. Pet: 2. Secundo q negant filium Dei ab æterno, á patris hypostasi genitum, tanquam splẽdorem de luce, sapiẽtiã genitam, de sapientia gignẽte, Deum Iehouã, vnigenitum, viuentem ex Deo Iehoua viuente, & gignẽte: Tertio q negant filium Dei vnum & solum esse Iehouám, Deum dominũ, creatorem adorandum cum Prẽ, & Spiritu s: simul Quarto, q negãt Chrũm Iesum, filium Dei in carne venisse, hoc est carnẽ non esse factum Sermonẽ Deum, non apparuisse Dẽũ

Ro 14, 15. 1 Ioan. 2, 3, 4. 2. Ioã 1.

Deum in carne, nec formam serui assumpsisse: Quinto, Qui negant Christum filium dei esse, & Messiam promissum, vnigenitum à Patre Iehoua, & Patri Amyt hoc est, co
Zach 13. æqualem poniã, & eiusdem naturæ, operationis, adorati
Phil 2. onis, Potentiæ: Rom. 1, 8. SEXto: Qui contradi-
Ioan 5, 8. ctiones, & pugnatia, falsa & impia sua detorsione faciũt.
16, 17. Septimo Qui propter suas nugas doctrinam, expositionem, traditionem, cõmenta, eleuándo se contra Deum & reijciendo dei dignitatem, veritatem immutabilẽ Tohu Bo
Coloss 2. hu, hoc est, Kenin Apatin, id est vanas deceptiones, nugis plenas doctrinas, tanquam canes muti, Deo & Apostolo teste euomunt, ut Romani Pontifices & Seruetani,
Acto 2, 3, ARRIOSABELLIANI. OCTAVO
10, 13. Qui sunt Homicidæ, proditores, Christi & Ecclesiæ illi sci
Matt 26. licet qui Pilato, & Herodi produnt CHRistum, & Christi
Luc 22, 23 membra propter has causás: Primo, Quia filium Dei Amyt
Ioan 10, hoc est, æquálem pátri secundum spiritum sanctificationis
18, 19. idest in forma dei facit: Ioan: 5, 8, 10. Zach: 13. Deinde quia se cum patre vnum, hoc est Deum & Iehouam creatorem, saluatorem, adorandum cum patre & spiritu sancto facit. Ioan: 5, 6, 8, 10, 16. Tertio: Quia se Messiã
Esa 25, 35 promissum, verum Mélchisedechum, Pánem cœlestem de
43, 44, 51. cœlis descendentem, iudicem omnium, & primę ac secun
Apoc 7, dę creationis & restaurationis, resurrectionis & viuifica
19, 21 tionis, omniumque eorum quæ pater habet & facit similiter & eodem modo authorem asserit Ioa: 5, 10, 14, 15, 16, 17. Nono, Quia, à Deo non missi sed ab ipso Balijál excitati & impulsi, sine vocatione currunt, & falces suas in messem
Hier 23. alienam immittentes, (ut dicitur.) Ego non mittebam, & ipsi currebant, vt Stephanus Basilij, & cæteri Caupones
2 Cor 1, 2, sub ouium vestibus Lupi rapaces. Decimo: Qui caupo
3, 4. onántes verbum Dei, quęstus gratia, omnia corrunpunt & miscent, quorum sermo est, & non, hoc est contradi-
Col 1, 2. ctionum implicationes faciunt, ut Romani, Seruetiani, Blandratiotæ, Deus vnus verò tãtum Pater est: Deus verò

& adorandus

& adorandus est & filius : Filius Dei æternus, Deus æternus, omnipotens, & non æternus idem homo Christ9: Tres testes sunt vnum, & non sunt vnum, non vnus De9 Iehoua : Spiritus : creat, renouat, opa Deitatis facit, sed non Deus Iehoua, subsistens : Sermo Deus & caro vnum & non vnum sunt, Deus manifestatus in carne Pater, & nō Pater: Christus Deus Benedictus, ádorandus, verus Iehoua, sed non vnus Deus, & solus. Sunt & alia infinita quæ implicatores Hæretici faciunt: Vt filius Dei Christ9, & non Filius Dei: Non alius & secundari9 Deus, sed alius minor inæqualis patri, non vnus cum Patre.

VNdecimo, Qui Filio Dei negato, deum nullum habent et duos deos inęquales contra verbum dei faciunt, quod est: Exo: 20. Deut: 4: 5: 6: Mat: 4. Vnus est Iehoua, Deus tuus & vni soli Deo seruies, & ipsum solum coles: Filius colendus ita vt Pater: Ergo vnus sol9 Deus est ut Pater.

Duodecimo Qui Christum offerunt, sacrificant, & verbum Dei reijciunt propter traditiones suas, ꝓhibentes coniugium, & abstinere à cibis. 1 Timoth: 4. Rom: 14. 15. Col. 1, 2. Ebr: 9. 10. *Matth* 23 *2. Pet* 2:

Decimo tertio Qui Deitatem vnam & solam Paternitatem confundunt, & manifeste nugantur: Nam cū dicunt: Vnus Deus solus, Iahlehoua adorandus, & Pater conuertibilia, vnum & idem sunt: Pater ē vnus Deus: Et vnus Deus est pater. Cum vbiq; scriptura contra dicàt, Patris nomen vni soli Patri gignenti, & proprium, non filio, & Spiritui sancto: Nomen autem Deus, solus, creator, saluator, adorādus, Iahehoua, tribus testibus, Patri, Filio, & Spiritui commune Et ipsi sic nugātur & seseimplicant: Paternitás & Deitas vnum sunt in Patre, sed Deitatem suam dedit filio suo, Paternitatem non dedit: Ecce nugátores, Duo cum vnum & idem sunt conuertibiliter: Cui alterum vnius nomen tribuitur, eidem & alterum, quæ duo cum sint appellatione támen idem :

Vt homo & animal rationale, cõuertuntur, & idẽ sunt, cui tribuitur vox homo, eidem & animal rationale: Blã dratá, & Georgius Lysmaninus, de vno eodẽ modo prædicantur conuertuntur: Cui tribuitur nomen Blandratæ eidem & Georgij Lysmanini: Sic: Hic Deus vnus solus, & Pater vnum sunt, cui tribuitur nomen Deus vnus, ei & Patris nomen: Sed filio Spiritui s: Dei veri, Benedicti creatoris saluatoris nomen tribuitur, Sed non Patris gignẽtis nomem: Non ergo vnum & idem sunt Pater, & Deus vnns, & Hęretici Antichristiani hoc principium cõtra Deum, & naturam ex sese & calumnia Diabolica extruunt.

XIIII.

TEneatur hæc regula Spiritus s. Aliud est Christũ
Iere 23. esse Iah, Iehouam, Adonai verum Deum, vitam æ-
Isa 11. ternam, creatorem, adorandum, aliud est Christum dici &
Mat 1,2. vocari Immanuelem, Deum, Regem, Mediatorem, Pontificẽ, illud enim de natura naturáliq; Christi Deitate, Iehouali potentia coæqualitate, identitateq;, cum pàtre dicitur. Hoc autẽ dispensatione propter vnicum: Quia
Ioã 1,5. Sermo factus est caro, Deus manifestatꝰ est in carne.
1 Tim 3. Sicut cum Deus dicitur Irasci, turbari: Impossibile est ꝓpriè & secundum naturã dici, Deum esse hominẽ. Ita cũ filiꝰ Dauid dicitur Iehoua, iusticia nostra, impossibile est carnẽ naturaliter esse Iehouã, Spiritum æternũ, infinitum vbiq; præsentẽ, sed filiꝰ Dei secundum spiritum sãctificationis est vnigenitꝰ à Patre ab æterno, realiter, sine tẽpore: Filius ẽ Iehouá, Adonai, verus Deus creator, re-
Phil 2: áliter, & hypostasicè subsistens in forma Dei, Patri æqualis, non caro: Nam iuxta carnem minor est Patre.

XV.

De Sapientia. SApientiám iniquè aduersarij, eloquiorum Dei hostes confundunt, & detorquent: Nesciunt enim cœci distinguere cum Spiritus s: voce sapientia, variè vtatur: Primo, pro ipsa Deitate, pro IEHOVA Elohijm:
Prou 1,2, 3,8,10. VT ego Sapientia creaui, & feci omnia, ego conseruo omnia: Sapiẽ. 1 2.3.4 7 8.9. Ego effundo spũm meum.

Hæc Prou: 1. dicta de Sapientia, Esa: 63 Hier: 7. Gen: 15 Rom 11. De vno & solo Deo dicuntur.

Secundo, sumitur Sapientia Dei relatiuè, vel respectiuè, distincte. Primo pro Patre gignente suum filium. *Psal 110.* Secundo, pro filio vnigenito, p Sapientia genita ex vtero Auiorę ante secula, ex ore Patris primogenita. *Prou 8.*

Sap 7.9.

Tertio, sumitur p Doctrina, & veritate diuina, pro thesauris sciêntiæ & sapiêtię in Chrõ recunditis: Rom 11 *Eccl 24:*

Quarto: Pro Lege & Euangelio, quæ Sapientia sciẽtià, & cognitionis diuinæ organa dicuntur. Psal: 2. *1 Cor 1.2.*

Quinto, sumitur pro effectu, pro virtute & communicatione bonorum, electis communicatorum, pro ipsa Dei cognitione, qua electi ope Spiritus s. p verbum & fidem, Patrem in filio suo cognoscunt, discunt, & crescunt in noticia Dei. ut 1 Cor: 12. Ioan: 17. *Rom 15.* *Col 2,3.*

Sexto, Pro Sapientia mundi, quæ est stulticia apud Deum: 1 Cor: 1.2.3. Cum mundus p sapientiã non cognouit Deum, placuit Deo p stultam Prædicationem reconciliare. Sapientia ergo enixa, nata, concepta possessa à Iehoua, ex ore Patris progenita filius Dei: *Prou 9,9.* *Sap 7,9.*

XVI.

DEprauant Antichristi scripturam de vero Melchisedeco, sed Dauid, & Apostolus in Epistola ad Ebre. disertè & piè explicuit, Melchisedec Abrahæ occurens & benedicens in forma externa, erat qdem visibilis qdã Dei, Angelꝰ sed in veritate (Dauide & Apostolo teste) fuit Filiꝰ Dei, Sacerdos altissimi, Angelꝰ fœderis, principio dicitur Genealogia & fine vitę carẽs: Nã Apator, amitor, ageẽalogitós, in Apõlo, nõ ignotę stirpis & natiois hoẽm depingũt, sed q verè sit sine Prẽ sine mtrẽ: Vt ut sit ille Melchisedec Prĩs ignoti, tamẽ ĩpossibile est illũ, sine initio vitę, pricipio & finè esse Nã si creaturà fuit, & habuit parẽtes & genealogiã, ut nugatur Erasmꝰ: Cõceditur Formã cõspectã ab Abrahã, & Pribꝰ in angelo fœderis filio Dei vnigeito creatã fuisse, initium & finẽ habuisse, ut esset vera Imago & Typꝰ futurę carnis à Spũ s. formatę factę in vtero virginis. *Gen 14.* *Eqr 6,7.*

Sed sine Genealogia, sine Matre, sine initio & fine, Melchisedec fuit, & est Filius Dei Logos, Iehoua, creator, saluator: Sine Patre autem est Filius Dauidis iuxta carnem. Nam matrem habuit caro Christi, sed Patrem ꝓpinquum, à quo conceptus sit in vtero Mariæ virginis, nullum habuit: Lucæ 1.2. Matth: 1.

XVII.

De Vnigenito.

VNIGEnitus à Patre, vnus & solus Filius Dei est: Qui nec à Spiritu s: conceptus, tanquam de hyposta si & natura Spiritus s: subsistens, nec ex Mariæ virginis natura, carne, & sanguine originem ducens, & fàctus ē, sed vbiq; in sacris literis, (Monogenes para Patrós) hoc est: Vnigenitus à Patre dicitur. Ioan: 1.3.5,6. Rom: 8.

1. Ioan 4: Zach. 12.

Impiè ergo vnigenitum ad carnem referunt, cum nulla sit litera quæ doceat carnē à Patre vnigenitum, sed vbiq; Filius Dauid, & Máriæ dicatur iuxta carnem Rom: 1.9. Sed Logós, Sermo Deus apud Deum, per quem omnia facta sunt, & consertuátur, qui est creator & saluaror, cum Patre, q caro factus est, assumsit formam serui, subsistēs in forma Dei, ille qui est æqualis patri, dicitur vnigenitꝰ à Patre, non caro, quæ minor est Patre, inæqualis Patri, ut creatura, & Symbolum vni genitum vocat, filium Dei vnicum qui est Dominus Deus noster: Sumitur secundo vnigenitus pro eo, qui est vnicus filius Patris: Vt Isaac ē vnigenitus Abráhæ: Gen: 22. Ebr: 11.

Phil 2. Col 1.2. Ioan. 6.8, 10. 14, 15.

XVIII.

De Primogenito.

NOMen quoq; Primogeniti variè sumitur: Primo ꝓ Filio Dei vnigenito à Patre, pro Iehoua genito à patre, ánte omnem creaturam ab initio, & ab æterno, ante quem, & extra quem Iehouá non fuit, qui ex ore altissimi hodie idest, in præsenti, hoc est, sine tempore, ab æterno natus est: Psal: 2.110. Prou: 8. Sap: 7.9. Eccl 1.29. Ebr: 1.13. Col. 1.2. Hunc Esaias, & Apstolus principiū & primogenitum vocāt Col: 1. Eph: 1. Esa: 45.

Esa. 43 45 Proteuonte.

Secundo sumitur, pro Proteuonte, hoc est, pro eo q

primas

primas tenet, in omnibus Dei operibus, Princeps & Caput est omnium pro eo in quo habitat tota Deitatis plenitudo, Somaticós, seu corporaliter, verè & realiter: Col: 1.2. Ephesi: 1.3. Col: 1. 1.Cor. 15

Tertio, sumitur pro Filio Mariæ, ut Mátth: 1. Peperit Mariá filium suum primogenitum:

Quarto: Pro eo, qui in hominibus, & in animalibus ante omnes sequentes filios natus est: Primus frater & natus est inter filios: Vt Exod: 12.13. Primogenità omnia mea erũt, in hominib9 & bobus: Leuit: 27. Num: 3. Deut. 12. 15. 21.

XIX.

Ex his quæ dicta sunt de Filio Dei secundum Spiritũ sanctificationis, & de filio Dauidis iuxta carnem, Rom: 1.8 6. Ioan: 1.2. Matth: 1. Duplex quoq; natiuitas Christo tribuitur: Prima est mystica, infinita, sine Matre sine Genealogia, sine dierum principio, quæ est hodiè à Iehoua: Idest ab æterno, sine initio: Nã hodiè apud Iehouam significat æternitatem tempore carentem: Christus enim heri & hodiè & in secula in æternum idem est: Ebr: 13. Psal: 2.102.110. & Mich: 5. Prou: 8. Eccl: 24. Sap: 6.9 Filius hodie natus, dicitur ab àntiquo à diebus æternis nàtus: Imo ex ore altissimi áb æterno: primogenitus dicitur, quem Dauid hodiè natum vocat: Et Mich: 5. Rom: 1.8. Sap: 7.9. Eccl: 24. Ioan: 1.5.6. 10.17. Ebr: 1 2.3. Duplex natiuitas filio Dei tribuitur: Prima iuxta Spiritum sanctificationis ab antiquo ab æternis diebus, est à patre mysticè, sine tempore: Secunda, iuxta carnem ex Betlehem, à Maria virgine: 1. Timoth: 3 6. 1 Ioan: 1.2. Ioan: 1.3. De Duplici Christi natiuitate

XX.

SPiritus s: in Biblijs, hodiè genui te: Tria de Christo probat: Primo, vnigenituram à pátre, & primogenituram filij ex ore patris ante omnem creaturam: Psal: 2. Ebr: 1. Recensebo decretum: Iehoua dixit ád me: Ego hodiè genui te. Si decretum & mysterium absconditũ De Phrasi hodiè genui te

Filium hodie genitum esse: Frustrase macerāt homines, de modo, & tēpore generàtioīs filij Dei. Ebr: 1 Christ9 est Filius Dei hęres mundi, p quem secula facta sunt, q portat omnia verbo potentiæ suæ, & purgat pse delicta quia ad eum tātum dictum est: Ego hodiè te genui. Hic Apostolus geniturā filij, & Iehoualem Deitātē confirmat.

SEcundo, PRObatur hoc loco, officium, & dispēsatio CHRISTI: Psalmo 2.45.68 110. Ebræ:5. hodie genui te: Postulā à me, & dabo tibi genite? FILIVS Sacerdotium ab ipso DEO accepit, qui dixit ad eum, ego hodie te genui:

TERTIO, Probatur, Resurrectio CHRISTI à mortuis, & victoria uel triumphus CHRISTI. Actorum 1.3.13. Excitauit eum Deus sicut scriptum est: Ego hodie genui te.

XXI
CVR LOCO HODIE GENVI Resurrectio Christi probetur.

IDeo autem Resurrectio Christi & dispensatio, officium, phrasi hac hodie genui probatur, Primo Quia officium Sacerdotis & Regis CHRISTI, Item, tota dispensatio, Rusurrectio, Miraculorum editio, omnia virtute Iehouali Deitatis & omnipotentiæ CHRISTI facta sunt: Ioannis 1.3.5.6.8.10.16. Ego & Páter vnum sumus, ego ita viuo in me ut Pater, ego omnia similiter facio ut pater, quià omnia patris mea sunt. Actorum 2.3.4 5 10.13. Hunc autem filium suum DEVS Spiritu sancto, & potentia vnxit, per quem virtute Deitàtis omnia miracula, & Prodigia fecit: Romànos: 1.8. Corinth 1.2 2. Corinth: 13. Resurrexit, & viuit virtute Deitatis:

Sacunda ratio: Quia CHRISTVS quoq3 suam Iehoualem Deitatem distinguens, à Deitate dispensatoria principum, probat se Iehouam, Deum

deum

DEVM Patri æqualem, subsistentem, AMYT idest eiusdem IEhoualitatis, naturæ, potentiæ, virtutis, ex eo quód sit FILIVS DEI vnigenitus à Patre, Deum, proprium patrem, se vero proprium Dei Filium vocet: Ioannis 1.3 5.6.7.10. Volebant eum lapidare ideo, quià Deum proprium Pátrem vocat, æqualem se Deo faciens. Si Principes sunt Dij, Ego quià dixi FILIVS DEI sum, non Blasphemaui me Deum vnum, & æquálem DEVM Patri faciens. Est enim Filius DEVS IEHOVA, ideo, quià est FILIVS Dei genitus, à Patre: EGO vitam habeo in me, ego & PATER vnum sumus, ego in patré & PATER in me est. Ioan: 3.6.14 15.16.

Psal 2. Zach 13. 1 Ioã 1,2.

XXII.

PRÆPONITVR in Biblijs vocationi & dispẽsationi CHRISTI, ipsá genitura ut ego hodie genui te, ego vnxi te in REGEM & SACERDOTEM: Psalmo 2.45. EGO ab ipso sum Ens & ipse misit me: Ioannis 5.6.8.16.17. Et Ioannis 18 19. Ego in hoc genitus sum, & in hoc veni in mundum, ut de veritate testimonium perhiberem: Prouebiorum 8. Ego SAPIENTIA ab eo genita sum, & ipse possedit me, & ab eo ordinàta sum. Ecclesiast: 24. Ex ore Altissimi exiui, & ab eo creata & ordinata sum: Ioannis 1,8,12. Ab eo exiui, & veni in mundum. Impiè èrgo Hęretici PRIMO, Genituram FILII ad carnem detorquent: Et post natiuitatem CHRISTO officium imponunt, cum dicatur, quia ò DEVS Thronus tuus est in æternum, ideo vnxit te Deus, quia hodie te genui, FILIVS meus es, ego vnxi te in Rrgem.

Psal 2,45.

XXIII.

Diligenter

DILIGenter autem notanda sunt, quæ de Christo dicuntur: Sex enim sunt formæ prædicationum de filio Dei: Primo propria seu relatiua, quoties dicitur Flius Dei vnigenitus, primogenitus, Sermo, Sapientia genita

Secuudo, absoluta indistincta & communis, vnitatis identicæ respectu, quatenus hi tres vnũ sunt: Et sic Iah, Iehoua, Eloha, El Adonai, El scadai, creator, adorandꝰ dicĩtur ut Pater:

Tertio, Dispensatoria, & officialis: Sic dicitur Rex Sacerdos, Messias seu Christus & vnctus, Pastor: Psal, 2.45. Lucæ, 1.2.

Col. 1 Quarta forma, est Metaphorica, & Symbolica: 2Cor.3.4. Quoties dicitur Imago, Charácter, hypostaseos patris, Ioan.6. splendor gloriæ, panis viuus via, ostium, caput, obsignatꝰ à patre, & sanctificatus: Quem pater obsignauit hoc, Ebre: 1. tanquam Characterem substantiæ suæ genuit: Quẽ patér sanctificauit, idest, ordinauit, præordinauit, & misit in mundum, statim enim immediatè sequitur, quem pater Rom 1. sanctificáuit, & misit in mundũ. Hinc dicitur filius Dei secundum Spiritum sanctificationis, idest, iuxta vitam Iehoualem à patre genitam, & quia Spiritum s: effundit: Filius est autem propter geniturã à patre: Psal: 25.6.10. Non propter sanctificationem: Deus autem ideo, quia est filius Dei: Ego qui dixi filius Dei sum, non blasphemaui si me Deum vnum, & pátri æqualem feci. Ioãnis 5,10. Homo est propter sanctificationem à Spiritu s: aut quia conceptus est à Spiritu sancto.

Ps 22.69. Quinta forma, ẽ Metonymica, nostri respectu, quoties diciur homo peccatum, maledictum, nouissimus vermis: Esa: 53. Rom 8. 2Cor: 4. Gal. 3.4.

Sexta est, Idiomatica & vnionãlis, aut respectu vnionis, & sic filius Dei sermo vnigenitus dicitur homo, filius hominis de cœlo descendens, in cœlo & terra præsens: Ioán: 3.5.6.

Et sic

Et sic Iehoua dicitur vir luctans cum Iacob, & Angelus fœderis: Gen: 16. 18 20 31 32. 35 Iudic: 2. Iosu 5. Et sic Deus in carne apparens, Deus in terris visus, 1. Thi 3:
& assumtus in gloria, Deus sanguine suo acquirens Ec- 1 Pet 3:
clesiam: Acto 20.22. Et Filius Dauidis sic vocatur Baruch 3.
Iehoua, Iusticia nostra, Immanuel filius Dei, Deus, Do- 1 Io 1,2,3.
minus, propter vnionem carnis cum vnigenito Patris, q Hier 22.
est filius Dei, Iehoua & Iusticia verè & realiter. Hæc Esa 7.9.
Heretici Antichristi ignorantes, eundem hominē nunc Dei filium vnigenitum à Patre, nunc Iehouam, nunc hominem creátorem, verum & ádorandum Deum fingunt: Cum nulla sit litera quæ doceat carnem à Pátre vnigenitam, aut mundi creatricem esse.

XXIIII.

VOCABvlum creare, & cretionis variè sumitur: Primo sumitur, pro mundi, & omnium rerum productione, aut factura ut Gen: 1.2.5 In principio creauit Deus cœlum & terram: Hæ sunt creationes cœli & terræ: Secundo, sumitur ꝑ restàuratione aut noua creatione, pro mundi repurgatione, & pro regeneratione Hinc dicitur noua creatura, ecce omnia noua faciam: Esa: 65 66. Hinc Psal: 51. Cor mundum crea, & spiritum rectum innoua: Psal: 102. c. Populus qui creatur laudabit te: Emitte Spiritum tuum & creabuntur, seu renouabuntur: 2 Cor: 3.4. Col: 1 3. Esà: 65. Ecce creo cœlos nouos. Secundum imaginem eius qui creauit illum Col: 3 Conditi sumus in Christo: Eph: 1 2.3. Tertio capitur ꝑ ordinatione, aut præparatione: Vt ego Sapientia a b ipso creata sum: Hoc est, ordinata, ut Prou. 8. exponitur: Eccle. 24 Hinc magratūs dicuntur creari, idest in officium eligi: Hinc dicitur Deus creare malū, tenebras. Esa 45. Creare omne vas, & impium ad ꝑdendum, idest iusto Dei iudicio órdinare, Esa 54. Pro: 16. Hinc Ebr: 9. Creatio huius seculi, pro compositione, ordinatione vmbratili sumitur.

Quarto sumitur p mysterij, áut nouae rei prod ctione, p noua patefactione, ut Hiere: 3. Ecce creabi Deus nouum in terra: Sic Prophetæ, Apostoli Primam & secundám creationē Deo tribuunt, & vtranq; à deo p filium factam esse: Omnia per ipsum facta sunt, per quem Primo creauit omniá, per eundem placuit reconciliare erga se omnia: Col: 1.2. Eph: 1.

XXV.

PRima autē creatio conprehendit oēs creaturas in cœlo, & terra, étiā Angelos: Secunda creatio duplex: Prima ē Spiritualis & mystica, hæc est electorum cōuersio, iustificatio, regenratio, reformatio ad Imaginē Dei: 2 Cor. 3 4.5. Esa: 65.66. Col: 1.2 3. 1 Cor 1. 2.15. Altera est restauratio externa áut corporalis, cœli & terræ, ut Psal. 102. Tu Iehoua Messia principio fundasti terrā, & cœlum: Hęc omnia peribunt, tu permànebis & itérum restauras omniá.

XXVI.

NVgántur Hęretici, Moseum, Prophetas, Apostolos, cum sic loquuntur: Oīa p ipsum facta sunt principio, de vltiā restaurationē loq; quę fit in die Iudicij p carnē, ipsius Iehouæ Chrī potētia: Ebr: 1. Psal: 102. Col: 1.2. Prima ratio hęc ē: Quia Moses, Dauid, Prophetæ, Apostoli dicēdo: In pricipio Sermo Deus erát, oīa per ipsum facta sunt: Omnia in sapiētia tuá fecisti, loquntur de creatioé ante 5533. ánnos, facta, ut dicitur in principio creauit Elohijm cœlum: Gen: 1. Ipse mandauit & creatá sunt: Verbo Iehouæ cœli facti sunt, Secunda creátio quę ē mundi restauratio, fiet nō ē facta, in Chrō autē creatio facta, iā diu prętcrijt: Ioān: 1. Secundo: Quiá angeli quoq; p Chrum cōditi sunt in cęlo simul cum cęlo & trā: sed angeli nō regenerabuntur nec restaurabuntur, de priā èrgo creatioē quoq; loqtur Aplūs cum inqt, oīa p ipsum facta sunt & in ipso cōsistunt quę sunt in cœlis, & quæ in terris. Tertio, Mundus

Col 1.2: Eph 1.3:

dꝰ p̱ Chr̄m sermonē factꝰ ē: Mundi machiā ab initio condita est Ioan: 1
Et mundꝰ p̱ ipsum factus est: Sed noua creatio mundi fiet, & nōdum facta ést: Non èrgo de secunda sed de prima loqt̄ur Spiritꝰs: cum dicit: Omnia p̱ ipsum Logon, Sermoné facta sunt: Intelligit Dei op̄a ánte creationē, in creatioē & post creationē: Ioan. 1.5.6. Prou: 8. Sap: 7.9 Col: 1.2. Eph: 1.3. Quarto, quia dicit filius cum omīa crearet, ordinaret ab æterno, ab initio cum illo erā, corā eo ludens, Pro: 8. Sáp: 7,9. Eccle: 24 Col: 1. Ioan: 1. Caro autē facta est in vtero virginis in fine seculorum.

XXVII.

PRINCipium quoq; variè sumitur. Primo p̱ ipso Deo Iehoua cōmunitẹr: Ego Iehoua sum principium & finis: Esa: 43,46,48. Apoc: 1,4,7. Secundo, p̱ Christo. Chrꝰ est principium creaturæ Deī: Apoc: 1.2.3. Hæc dicit Amen testis, q̄ est principium: Tertio, sumitur p̱ dignitate, pro autore, capite & Prīcipe omnium creaturarū, Christo q̄ est Archi principium & Caput oīum, Primas tenēs: Col: 1.2. Quarto, sumitur, p̱ certo initio tēporis & Primæ creationis, ut Gen: 1. Ps: 102. Principio tu terrā fundasti: In ipso prīcipio, seu Exordio creatoīs erat, idest subsistens erat Sermo Deus in forma Dei. Quinto, p̱ initio alicuius negocij certo definito, seu pro incoatioē: Vt principium Euángelij Marci: Prīcipio quę cępit Iesus docere, & prædicare: Mar: 1. Acto: 1,2.10. Sexto, pro æternitate infinita: Esa: 43. Ego Iehoua ab initio sum: Prou: 8. In prīcipio possedit me: Ab initio, ante oīa ab æterno cū eo eram: Michę 5. Ab àntiquo seu à principio & à diebus ęternis egressus eius: Sap. 7 9. Eccle: 24. A Principio ante secula genita sum.

Eph 1.2:4 *1 Cor* 8. 10.15.

Ose 1.

Mētiuntur ergo Hęretici cū principium creatioīs prime in quo omnia factá iam sunt, pro futura & secunda creatione contra naturā sumunt. Nam quæ facta sunt impossibile est fieri infectū, & quę prętereunt, impossi- est nondum facta, aut futura esse: Inuertunt ergo naturam & sapientiam Dei Hæretici Seruetiani, dum ex prętereritis futura, nondum facta nugantur, & ex futuris præterita, ex finitis & creatis infinita, spiritualia, & ex infinito Iehouá Deo æterno, Idolum, Deum Zar nechàr duplicem, inæqualem, maiorem, & minorem fabricant.

XXVII.

VT Deus Iehoua creator ante & extra Filium Iehouám, est Ephes idolum nihili Ita Deus, Iehoua, creátor, saluator, adorandús, factus, formatus, ordinatus post Patrem, est Zar, nechar, idest recens, alienus, pegrinus, nothus & spurius, Deus. Esá: 41.42,43.44 45.

Zach 13. Phil 2. 81 Qui negant filium Dei Christum vnigenitum à Patre, Deum vnum solum, Patri (Amyt) coæqualem in forma Dei: Deum nullum habēt: Ioan: 5,6. & Ioán. 2.3. 4 5. S Ecunda ratio: Sicut Abyssus, prima materia, quæ Samaijm dicitur Ebraicè, fuit Tohu, Bohu, informis & inanis, & omnes Creaturæ sine forma quæ dat esse rebus, aut obquam res proprijs nominibus appellātur,

Esa 45. & distīguuntur, sunt Ephes, nihili, Keni apati, idest, vana deceptio, Col. 1 2. Gen: 1 5. 1 Samuel 17 Ita Deus Iehoua est tohu, bohu, : Verè ergo dixit Ioannes, Deum non habere, qui Christum negánt esse non hominē

2 Pet 2: (quod nemo negauit, verè) sed filium Dei, Iehouam, vnum deum, solum, creatorem, Messiam. 1 Ioan. 2.

Iudæ 1. 3.4. Cum ergo Christus sit imago, Character, splendor sapientiá Patris: Tolle à patre filium, non erit Pater: Tolle imaginem, formam, potentiam, Sapientiam, erit impotēs, ignotus. Tolle à sole lucem splendorem, nullus est Sol.

XXVIII.

Hæretica

HÆRetica & impiâ est Antichristorum Blasphemia. Christum esse Deum, & Filium Dei æternum, sed tãtum decreto, in mysterio, præordinatione, Deus autem & Filius exhibitus, factus, Nozar, idest, formatus, temporalis, vnctione, conceptione, uel quia inhabitat ĩneo plenitudo Dei, conceptus est à Spiritu sctõ: Nam, nulla est litera quæ doceat in Biblijs sacris Christum, ideo filium, & Deum æternũ, quia præordinatus & vnctus sit: Sed potius ideo filium Dei, quia est vnigenitꝰ à Patre: Ideo Iehouam Deum, creatorem, adorandum, quia est Filius dei Patri Amyt, seu coæqualis in forma Dei: Esa: 43 45. Zach: 2.10.13. Phil: 2. Secunda ratio: Quià Agnus dicitur, homo Christus ab origine occisus decreto, & præscientia, futuri respectu: Ad carnem refertur decretum præordinatio & decretum sicut electi, creati, ordinati, iustificati fueruut præscientia & decreto: Respectu èrgo & pręscientia futurorũ & Creaturarum est non Dei In Deo Iehoua est hodie æternitas, præsẽtia, nullum est tẽpꝰ in Deo præteritum & futurum: Ergo impiè nugantur Christum hominem futurum, Deum æternum fuisse decreto, pręscientia: Tertio: Quià dictum est: Ego Iehoua, hoc Nomen meum, pręsens sum ego semper, Prĩcipium & Finis, æternitates habitans: Ante me extra me Deus prior formatus non fuit, nec post me erit, idest Deus Iehoua nõ est pręteriti aut futuri temporis: Non est Deus qui decreto, pręscientia tãtum fuit, & non realiter: Non idẽ est Denm Iehouam esse, & semper subsistere, pręsentẽ esse. Deitas non recipit tempus, & accidens ullum: Esa. 25 35, 40. 41 42. 43 44 45. Quarto: Sapientia genita Filius, & sermo Dei apud Deum, in Deo corã Deo pręsens Cooperans dicitur pręordinari, & Petrus dicit Agnum, & Christum immaculatũ pręcognitũ fuisse ab origine mundi, & apparuisse in extremis temporibus ea dicuntur apparere in extremis diebus, quę in

Rom 1. Ioan 1: 5. 9. 10.

 præte-

præteritis subsisterunt, ut Ioan: 1. Vita æterna erat apud Deum, & apparuit in terra: 1 Pet: 3. 1 Timoth: 3. Deus erat apud Deum, & manifestàtus est in Carne.

Quinto: Vnctio respicit ad officium: potētia autē & plenitudo Dei in Chrō non fecerunt Christum filium Dei vnigeītum, neq; Deum verum, sed tātum pbauerunt Christum esse Dei filium, verum Deum Prī æqualem: Rom: 1.8.9. Acto: 1.2.3.10. Vnxit Deꝰ filium suum: vide Filiꝰ vngitur in Regē, non in filium & Deum: Item dicit Deus ad filium suum: ô Deus thronꝰ tuus in secula dilexisti iustitā ideo vnxit te Deꝰ: Psal: 2.45. Ebr: 1 & Rom 1. Declaratꝰ ē filius dei p potētiā: In vnigeīto hábitauit pleītudo: Vidimus glām vnigeniti.

XXX.

TRIPlici ratioē dantur omīa Christo: Primo, ut in se vitā habere ita sicut habet Pater æterna generatioē ut dicitur: Nā sicut Pátr in se nō tēporaliter hēt vitā sed in æterna Iehoualiq; Pateritate, sic filio suo hodie generādo dedit in se habere, id est, Iehoualē, subsistentē, Amyt, siuè æquálē Prī vitam: Ita enī dedit sicut Pater hēt Sed Pater habet Paternitatē æternā, vitā, id est Iehoualē Deitatem, omnipotentiā, gloriam, sapientia, èrgo & filius ęterna generatioē hábet vitā idest Iehoualem Deitatem, omnipotentiam, gloriam, sapiētiam, quia omniá quæ Pater habet, Filij sunt. Vox enim in Ioanne: Hosper hô patir echi zoijn, hutòs edoke to hyo zoijn echin en heauto: Idest: Sicut habet Pater in se vitā, sic dedit filio in se habere: Relatiuè opponuntur sicut, & ita: Hoc est, qualis Pater, qualis Pátris vita, Iehoualitas, tális & filij, nō minor, nec inęqualis: Hinc Pater filium. Zach: 10.13. Vocat suum Amyt, idest Popularē sibi coniunctū, coæssentialē, eiusdē Deitatis & naturę.

Secundo accipit iuxta carnē: Sic tēporaliter accipit omīa à nō esse ad esse, id ē, qa caro ut nō fuit áb ęterno itá nihil habuit sed tēpore accepit omīa: Mat: 18. Ioan

5.6. Dedit filio & potestatē iudicādi quá filius ē hōinis.

Tertio, accipit Filius Logos, Iehoua nrī respectu, dispēsatoriè nobis: Psàl: 68. Eph: 4. Ioa: 16.17. Esa: 11 61. Iehoua ascēdens in altum accepit dona p̄ hominibus: Sic Iehoua Deus filius Dei, & homo nobis accepit dona:

XXXI.

CHRISTVS dicitur mysterium absconditum à seculis duabꝰ de causis: Primo, quia omnià dei consilia & decreta in illo patefacta sunt, ut Ioan: 1.3.6. Deum nemo vidit, Filius q̄ est in sinu, ipse enarrauit nobis: Consilimu abscōditum notum fecit nobis in filio suo. Secundo: Quia omnia decreta consilia Dei, & præscientię, præordinatioēs Dei in Christo factæ sunt: Eph 1,2 3. Propositum æternorū seculorum in Christo domino nostro fecit: Ita Pro: 8.10. Sap: 7.9 Eccl: 1.24 Cum deliberaret de oībus & disponeret cum eo eram: Item omnià p̄ ipsum facta sunt & sine ipso nihil factum est: Ioan: 1. Col: 1.2. Ephe: 1. Ebræor: 1. Si causa decretorum & præscientiæ est CHRISTVS Filius Dei & in Christo facta sunt, non potuit èrgo effectus prior esse causa, nec causa posterior effectu: Sicut pater consultans deliberans actu reali fuit præsens, ità & Filius actu reali, enter præsenter fuit apud Patrem, cum patre præsens: Quia omnia Pàtris sunt Filij, sicut habet Pater vitam in se, sic Filio in se habere vitam dedit Et Filius eadem similiter vult & facit quæ Pater: Ioan 5.6.8.10.16. Ego & Pater cooperamur:

Rom 16. 5. 16. Eph 1.3. Col 1.2.

XXXII.

DE SPIRITV.

SPIRITVS quoq; variè sumitur in Biblijs: Primo, pro ipso Iehoua Elohijm: Vt Deus est Spiritus, idest, Spiritualis natura, & essentia. Ioan 4

secundo

Secundo, sumitur Spiritus pro plenitudine Deitatis Somatica, pro thesauris scientiæ & sapientię in Christo reconditis. vt Ebr: 9. Filius obtulit se p Spiritum æternum, p omnipotentiam & plenitudinē Deitatis Somaticam, seu realem, Huic non, ad mensuram datus est Spiritus: Ioàn: 3.

Tertio, sumitur p Christi vita, veritate, efficatiâ, virtute, & Iehouali Deitate, ut dominus Iésus spiritus est. 2 Cor 3 4 Id est, Iehoua spiritus æternus, habens vim spiritualem & cœlestem ęternam: Ille Messias baptizabit vos igne & Spiritu: Id est. Efficatia & virtute Deitatis suæ Iehouali p Spiritum sanctificantem.

Quarto, p Spiritu s. Iehoua, Adonai, Patri & filio coæquali. Et venit in me Spiritus & dixit: Dices ad eos, verba mea, hęc dicit Iehoua: Ezech: 2.3.8. Item Ego effundam spiritum meum: Mittam vobis paracletum Spiritum veritatis, q à patre procedit. Hæc efficit spiritus vnus & idē, distribuens dona sua sicut vult, gratia & donum spiritus s effusum est in Gentes. Acto 10 11. Dixit Spiritus s. selegite mihi Barrabam & Saulum ad opus ad quòd elegi eos.

Quinto, sumitur, p donis Dei, & Spiritus s: Hinc dicitur in Apocalyp: Gratià & Pax à septem Spiritib9, idest, Spiritu s: omnium donorum Dei autore: Apo: 1: 1. Cor: 12. Hæc efficit Spiritus s: Fructus Spiritus s: sunt Fides, Charitas, Gaudium.

Sexto: Significat Causas regenerationis, renouationis, & liberationis, scilicet gratiā Patris, Christi meritum, & Spiritus s: sanctificationem: Vt Rom: 8. Lex Spiritus vitę in Christo Iesu liberum me reddidit, á Iure peccati & mortis. Idest gratia Patris, ppter Christum ope Spiritus s. p verbum & fidē regenerauit me à Iure peccati, idest, à pœna & culpa, à condemnatioē legis, a potestate peccati, Diaboli, & mortis Rom: 8. 2. Cor: 3.4. Litera occidit, Spiritus autem viuificat:

Hoc

Hoc est, gratia Dei, Christi veritas, Spiritus s. aut Euan gelium æternum, fœdus ęternum :

Septimo sumitur, pro Angelis, ut Psal: 94 Ebræ: 1. Qui fecit Angelos suos Spiritus :

Octauo sumitur, pro Pastoribus, & doctriná vero=rum Pastorū : Probate spiritꝰ an ex Deo sint. 1 Ioa: 4.

Nono, sumitur, pro Diabolo, & sic dicitur spiritus málus, spiritus nequitiæ : 2 Cor: 4 11 12.

Decimo, sumitur, pro voce, habitu, & vento: Spi=ritus vbi vult spirat, id est ventus : Ioan: 3

Vndecimo significat renatam partem electorum seu mentem: ut Rom: 7 8. 1 Cor: 14 Canam Spiritu, ca=nā & mente. Spiritus pugnat semper contra carnem : Gal: 5 6. Caro aduersus Spiritum : Spiritualē hominē Adam primus in animalē hominē, secundus in spiritua lem hominem factus est : Psal: 51. Spiritum nouum innoua in visceribus meis.

Duodecimo significat animam hominis: Anima & spiritu meo te quęram: Vt totum corpus mens, anima & spiritus totus, saluus sit in die domini : Ego Iehoua formàns spiritum hominis in eo Zach: 12: Animas ego faciàm, & Spiritus à me exeunt : Esa 40.50,57. Iob 26.27,33 Impiè nugantur èrgo hæretici, dum spiritum Iehoualē, Adonai, ꝓ donis vsurpant, cum distinguatur à suis donis. Acto. 1.3.10. *1 Thess. 4. 5.*

XXXIIII.

ANGELVS quoq; variè sumitur : Primo, pro Angelo fœderis, Maleach Berit, id est, pro Logo, pro filio Dei primogenito, & vnigenito à Patre: Gene: 16.18,22,28.31,32.35. Iudic: 2,6,7. Iosuę 5. Malach: 3. Hic Angelus fœderis nunc vir propter form ā viri, nunc Angelus ꝓpter officium, & legationē, nunc verò Ieho uá, Deus, iusticia, veritas, creàtor, Deus exercituum, Deus Patrum, Abráhā, Isaac, Ehie asser ehie. Id est, Ero, Iah, Iohoua vocatur, qui eduxit Patres ex Ægip= *De ANGELO.*

D

tio

to: 1 Cor. 10 Hic Angelus à Patribus est adoratus semper, & sácrificium illi oblatum est.

Secundo, p Angelo creato, Qui fácit Angelos &c

Tertio, p Pastoribus: Apoc: 1.2.3. Scribe Angelo Ephesi, & Philadelphiæ:

Quarto: pro Diabolo, Qui dicitur Angelus Satanę: 2 Cor. 12.

Quinto: Sumitur pro Nuncio, & Legato.

Iniquè nugantur ergo Hæretici, Angelum qui vocat se Ehie, Iehouam, Deum Patrum, & qui sibi sacrificium offerri iubet, præcedens in igne & nube Patres educens, liberans, Exod: 3.4 5 6 12.13.14. Creaturam fuisse. Nam creaturæ nomina hæc, (Iah, Iehoua, Deus Patrum, adorandus, colendus,) non competunt: Deut: 5 6. Matth: 4. Iehouám Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Esaiæ 40 42. 44. 45.

Iudic 2. 6. 7 *Gen* 16: 22.28; 1.

XXXV.

VOCábula quoq; El, Eloha, Elohijm, Deus variè sumuntur. Primo, pro vno & solo Deo vero, pro tribus testibus, tunc scilicet, quoties pluráliter effertur cum verbo, uel Pronomine singulari hu, ipse, vel cum essentiali Dei nomine Iah, Iehoua, sine Patris, Filij, & Spiritus s. expressione: Vt Genesis 1 2.3 5. Creauit Elohijm: Hæc dixit Elohijm: Faciamus, Descendámus,: Dij sancti ipse: Iosuę 24. Audi Israël Iehoua Elohenu, id est, Dij nostri vnus Iehoua: Deus tuus vnus est: Deus nobis est vnus: EGO Iehouà vnus Deus, & nullus mecum.

Secundo, sumitur propriè & distinctè, cum additur proprium nomē Patris, filij, & Spiritus s: aut certà descriptio vni hypostasi ex tribus testibus competens: Vt vnus Deus Pater, vnus dominus Iesus: Dominus meus & Deus meus es tu: Christus est verus Deus & vita æterna: Deus manifestatus est in carne: Iehoua deus

ua, Deus visus est in terris. Baruch. 3. 1 Timoth. 3. Iehoua ascendens in altum: Venit in me Spiritus & dixit ad me, ecce ego mitto te & dices, hoc dicit Iehoua Ezech: 2.3 8.11.

Tertio, sumitur applicatiuè, & expositiuè cum cõmuniter & simpliciter indistinctèq; dicta in Biblijs à Christo, & Apostolis propriè & distinctè applicantur tribus testibus, nunc Patri, nunc Filio, nunc Spiritui s ut hęc Phrasis Creauit Deus in principio: Nnnc Patri, nunc filio Psal: 102. Esa: 40.45. Nunc Spiritui s: applicantur: Iob 26. Item Esa. 6. Vidi Iehouã in Solio, dicentem, abi exceca Populum: Applicatur Patri Mat: 13. Filio, Ioan: 12. Spiritui s: Acto 28. & Psal: 95. Et dixit Iehouá Elohijm: Nolite obdurare corda: Applicatur Spiritui s: Ebr: 3.4. Et locus: Ego sum Iehoua Principium & finis, ego creaui omniá, mihi flectitur omne genu: Esa: 42 43.44 45. Applicatur Filio, Rom: 14. Phil: 2. Eph 1.

Quarto, sumitur, pro Principibus, Iudicibus: Psal 28. Ioan: 10. Ego dixi Dij estis.

Quinto sumitur, pro Angelis bonis Psal 138. Coram Angelis Psallam tibi, Minuisti eum paulo minus ab Elohijm, seu Angelis: Psal: 8. Ebr: 2.

Sexto, pro Diabolo: Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium.

Septimo, pro Idolis, Dijs alienis: Non habebis Deos alienos: Exod. 18.20.32. Fac nobis Deos id ẽ Idola.

Octauo: pro Deo, dispẽsatione, vnctioẽq constituto: vt Moses dicitur Deus Pharahonis.

XXXVI.

DISTINGVIT àutem scriptura verum Deum à dijs alienis, cõmentitijs vnctis, & officio factis his notis: Verus Deus est Iah, El: Id est, Vnus solus in natura sua Deitate, potentia, operibus, & Cultu:

E/25,26. 40.41.42 43.44.45. Secundo: Verus Deus est Iehoua Elohijm, id est, tres testes in cœlo, Pater, Sermo, Spiritus s: Deut: 4. 5 6.30.32. 1 Ioan: 5.

Tertio: Verus Deus est principium & finis, id est, Creàtor, & conseruator omnium.

Hier 23. Rō 1:2,11. Psal. 139. Quarto: Verus Deus est, infinitus Spiritus æternę habitans æternitates, carens principio & fine:

Quinto: Verus Deus est, semper sui similis, Amen véritas, immutabilis: Ego Iehoua & non mutor: Mal: 1.3. Psal: 102.

Sexto: Verus Deus est, El scáddai, omnipotens, vbiq̃ præsens om̃ia præsciens, præordinãs, sine cuius nutu, imperio, & voluntate, nihil fit, liberrimum agens: Ego Iehoua cœlum & terram repleo: Deus noster quęcunq; voluit fecit: Psal: 114.135. Esa: 57.

Septimo, Qui non est formatus, fáctus, extra quẽ præter quem, ante quem, & post quem, Deus alius esse non potest: Esa: 43.45.

Octauo: Verus Deus est adorandus, gloriã suam alteri nõ dat: Quicunq; adoratur, est vnus solus Deus: Filius Spiritus s: adorantur: Sunt èrgo vnus solus Deus: In q̃bus hęc Elogia veri Dei non sunt, sunt Idola Dij Zarijm necharijm:

XXXVII.

VOCABvlum quoq̃ Iehouæ ab Haia deductũ, & si vni soli uero Deo creatori, & adorándo competat, & nulli creaturæ propriè, naturaliter, & essentialiter tribui possit, tamẽ váriè & hoc éssentiale & Sacrum nomen effertur.

Primo: Significàt Iah, Iehouam, id est, eum & talé Deum q̃ est Ens, qui fuit, & qui erit, hoc est, qui est talis hodie, quàlis heri fuit, & in secula talis erit. Apoc: 1.4.17. Ecr: 13. Esa: 40.42.43.44. Ego sum Iehoua E. L scaddai, creator, & conseruator, vnus solus, & nõ est aliꝰ pręter me: Iehoua Elohijm, ẽ vnus Iehoua:

secundo:

Secundo: Sumitur nomen Iehouæ ꝑ ipsa veritate, completione promissionum diuinarum: Exod: 6. Ego apparui Abrahę in Deo scaddai omnipotente: At in nomine meo Iehoua non sum illis cognitus. Hoc est, infinitam meã potentiã p tanta miracula nõ declàraui, sicut hîc declarabo, & ꝑmissa mea complebo.

Tertio: Sumitur distinctè nunc pro Patre, nunc ꝑ filio, nunc pro Spiritu s: Et dixit ad me Iehoua exercituum: Nunc me Iehoua exercituum misit ad vos: Et ait Iehoua ad Satanã: Percutiat te ô Satán, ip se Iehoua: Ego Iehoua sáluabo eos in Deo Iehouá ipsorum: Osę 1.2.3.12. Es 25, 48. Zach 2. 10, 12.

Quarto, sumitur figuratè, Metonymicè: vt Exod: 17. Vocauit Mose nomen àltaris: Iehoua est signum meum: Exod: 27. Num: 10. Arca dicitur Iohoua: Hoc modo, signa quoq́ signatorum sumunt nomina: vt Panis est corpus Christi.

Quinto, dicitur p Idiomatum communicationem, hoc est, cum propter vnionem hypostáticam, caro Christi, filiꝰ Dauidis vocatur, Iehoua iusticiá nrã: Hier: 23.

Sexto, Cum pręcedit Adonai in Ezachiele, & sic effertur: Hæc dicit Adonái Iehoui: plerunq́ Spiritui s: tribuitur: vt Ezech: 2.3.8 11.

XXXVIII.

NOTANDA autem est regula: Sicut propria carnis Iehouæ, Deo, filio Dei vnigenito impropriè propter vnionem tribuuntur, non naturaliter, & ꝓpriè quási Sermo, Deus sit homo, factus caro mortalis, hábens sanguinem: De carne autem propriè & naturaliter dicitur, quòd sit homo, Caro, mortalis: Ita propria & naturalia uel competentia vni soli Deo Iehouæ, Logo, Filio Dei vnigenito verò, realiter & secũdum esse, & naturam tribuuntur iuxta formam Dei, & Spiritũ sanctificationis: Vt dicitur Iehoua, iusticia, adorandus, cui flectitur omne genu: carni autem im-

impropriè, hoc est, secundum vnionis veritatem, qua tenus Sermo caro factus est, non quòd caro, iuxta suam naturã, & essentiã, sit Iehoua Deus spũs infinitus.

XXXIX.

NOTAnda est regula à Spiritu S: dictata: Quæcunque diuersis respectibus variè & pluribus tribuuntur in Biblijs: Iniquè id quod vnum solum cõmune, & identicà est vnitas, vni soli Deo competit, tãtum ad Patrem detorquetur contra Deum & naturam: Nam nomen commune, & proprium nõ sunt idem in Deo & natura: Homo, & Blandrata: Deus, Iehoua, creator, vnus, solus, & Pater: Non sunt idẽ: Quæcunque enim simpliciter in eisdem terminis conuerti non possunt: Idem esse non possunt: Vnus Deus Iohoua creator. Et Pater gignens non conuertuntur simpliciter: Ergo idem esse non possunt: Non enim dici potest: Deus vnus solus Iehoua, ést tantum Pater: Nec contra: Tantum Páter est vnus & solus, Iehoua creator: Carni quoque tribuitur adoratio, Filio quoque tribuitur séd diuersis respectibus: Christo vnigenito secundũ spũm sãctificationis, quatenus est Iehoua, Deus Benedictus, verè, naturaliter eodem cum Patre: Ioã: 5.6.16.17. Esa: 45. Eph: 1. Phil: 2. Carni autem idiomaticè, communicationè propter vnionem cum Logo aut filio Dei.

Iniquà èrgo est detorsio à proprio & singulari ad vniuersale. Et contra: Iniquè putatur vnius singularis proprîo, reliquorum singularium notiones, & species ác genera destrui: Est enim regula in Deo, & natura: Communia & vniuersalia omnibus proprijs competentia in eadem specie, attributa & prędicáta de aliquo singulari indiuiduo secundũ notionem propriam, non excludunt reliqua indiuidua, Cũ èrgo dicitur Páter Deus, Dominus, Iehoua, creator saluator, adorandus: Non excluduntur filius & spiritus

Spiritus s: Ne sint vnus & solus Iehouá, creator, adorandus: Impià est consecutio: Blandrata est homo Seruetanus: Ergo Dauidis, Basilij: Et Ecebolij, Apostatæ non sunt homines.

XL.

QVATVOR suut potissimum rationes,: Cur Elogià Dei communia & identicà attributa Patri, (Hæc scilicet: Pater est vnus Deus, Pater creauit mundum, Pater adoratur, Pàter resuscitat Filium.) Filium & Spiritum sanctum non excludant:

Prima hæc est: Quia hi tres sunt Deus Iehoua vnus: VT Filius solus & totus per se, sine Pátre & Spiritu sancto Deus asse non potest: Ita Pater vnus solus, Iah, & Elohijm, tres testes esse non potest: Nam scriptum est: Extra me, & ante me, post me, Patrem, & Filium Deus nullus est alius: Extra vnum Deum non potest àlius Déus esse: Christus est Deus verus Benedictus, non potest èrgo sine Patre, extra Patrem alius esse Deus: Quicunq; est alius à Filio Deus ille non est Deus: (Christo teste) Extra me, præter me, ante me Iehoua, Creator, saluator, Deus alius esse non potest: Quià ego sum Iehoua: Pater est verus Deus & non alius extrá Christum: Ergo impossibile est à filio esse alium Deum, Nam non est ille Deus, qui est à filio alius deus sed Pater est Deus, èrgo alius Deus non est à Filio. Esa: 40.41.43. Ego in Patre, & Pater est in me: Pater non reliquit me solum, hoc est, non potest Pater extra me, præter me, & ante me Deus esse: Esa: 40.41 43.44 45. Ioan: 5.6.8.12.14.15.

Secunda ratio hæc est: Quià eadem Elogia Patri attributa, Filio & Spiritui quoq; sancto attribuuntur;

Nam filius

Es 45,65. Psal 102 Nam filius quoq́ dicitur: Deus, Iehoua, vnus: Filius, se, suum corpus, & animas ac corpora electorum excitáre. Ioan 2,5,6,8,10. Filius creat omnia, idem filius restaurat: Filius Iehoua est cui flectitur omne genu, & adoratur: Esa: 43 45 Psal 68,102.

Tertia ratio: Quia impossibile est pręter vnũ cultum, esse alium, duos cultus inæquales, sed sicut vnus Deus ita vnum Dei nomẽ, vna adoratio Zach: 11,14. Deut: 5,6. Esa: 43,44,45. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

Quarta. Quia, Spiritus s: hos tres testes, Deitate Iehouáli, potentia, vita, opatione, cultu, voluntate, consensu copulat: Nihilq; Pater sine suo Logo, Filio, & spiritu s: agere potuit, nec potest, sed hi tres vnum sunt, in vna voluntate, deliberatione, Deitate æterna, operatione: Quorum enim voluntas, consilium, operatio vna, cultus vnus est eorum & natura Iehouàlis vna: (Christo teste) Esa: 40.43 45. Ioán: 5,6 8. Quia ego & Pater cooperamur, eadem similiter facio, volo, me quoq́ adorant ut Patrẽ, èrgo si sumus vnum in operibus, eadem facimus, sumus vnum & vita, Deitate iehouali, itá viuo sicut & Pater, vitã habeo in me ut Páter, Prou: 3 8 10. Sap. 7.9. Eccl. 24. Ioan: 5 8 10.14:15 16 Omnia quæ habet Pater mea sunt: Pater hæc habet: Primo Iehoualem Deitatem: Secundo: Omnipotentiã, sapientiã: Tertio: Habet electionis, creationis, conseruationis, & adorationis, dignitatẽ, infinitám æternitatem, & præsentiam: Ergo omĩa etiam mea sunt.

XLI.

QVI Christum negant: Primogenitum, & vnigenitum à Patre ab ęterno, Patri Amyt, hoc est Coæqualem consubstantialẽ, seu Iehouàm subsistentẽ in forma Dei: Zach 13. Phil: 2. Secundo, negant, filiũ hunc ita habere in se vitã, ut Pater, idest, ita vnum

solum

solum Deum, Iehouam, creatorem saluatorem, infinitum, æternum, ut Pàter, hęc absurdà impia extruunt:

Primo nullum habent Deum verum, sed Ephes, Idolum nihili: Nam sicut Deus filio prior, est Ephes idolum nihili: Ita Deus posterior Patre, formatus qui cœpit, est Zar, nechar, recens àlienus, spurius: Secundum absurdum: Deum mendacem faciunt, Legis & Euangelij impletionem tollunt. Nam impossibile est, legem & Euangelium sine filio Dei naturali vnigenito, immortali de cœlo descendente, & sine carne moriente impleri: Tertium absurdum: Totam salutem electorum destruunt:

Nam sicut in veteri Testamento, impossibile fuit, in Ara Lapidea, & terrena, sacrificia absumi sine Igne de cœlo descendente: Ita impossibile est, peccatum nostrum, maledictum, mortem infernum, Diabolū aboleri, & consumi in Ara Crucis, in carne & sanguine infirmę naturæ, sine Logo, Filio Dei: Quintum absurdum: Impossibile est, Causá finitam, mortalem, infirmam, hr̄e effectum æternum, redemtionem, æternum fœdus & Testamentum. Quális enim cáusa, talis & effectus: Caro Christi infirma, mortalis est: Ergo habere effectum æternum non potuit: Hinc Ebr: 1.7.9 10.13. Et vbiq; æterna redemptio, æternum testamentum, Salus æterná, Filio Dei æterno, immortali tribuitur, qui se obtulit per Spiritum æternum: Christus est Iehoua, Pater ęternitatis: Verè igitur est causa ipse Iehoua filius immortalis & ęterne vitę Iusticiæ: Impossi bile enim ē: Hoc quòd mortale est, causam esse immortalitatis. Et corruptibile incorruptibilitatis, sed contraria cō trarijs, destruuntur: Peccatū, iusticia Iehouali infinita destruitur: Hiere: 23. Mors æterna, æterná Christi vita destruitur: 2 Timoth: 1.2 3. Ebr: 1.2.3 7. 8.9.10. 1 Cor: 1.2.15. Corruptibilitas ab incorruptibilitate,

pibilitate destruitur: Ira & maledictio: Æterna dei gratia bonitate, Pace destruitur: Filij iræ æternæ: Filij ęterna grã fiunt filij Dei. Ioan: 1.3.5.8.

XLII.

An Deitas extra vnigenitũ in Patre saluare potuerit.

IMpia est Antichrõrum blasphémia: In carne infirma Deum formatum, vnctum conceptum, pręordinatum abolere peccata: Propter has rationes: Primo: Quia nulla est verà, Iehoualis creatrix, adorandá Deitas extra Patrem, Filium, & Spiritum s: Ego Iehoua, creator, saluator, nullꝰ est elius Deus creator, saluator, extra me Prẽm, filium & spiritum s: Esa: 25 26.35.40.41.43.44.45 48. Ego in Prẽ, & Pater in me ẽ: Pater nõ reliqt me: Hi tres sunt vnum vnus Deus, & non tãtum Pater: Sécundá ratio: Nã sicut in natura, impossibile est, humanitatẽ, sapientiã potentiam, operationé, aut qualitãtẽ aliquã, hoc est, speciẽ, & genera vniuersalia esse, subsistere extra singulària, & ꝓpria, Ita nullaDeitás potest esse extra Patré, Filium, spiritum s: Hi enĩ tres sunt vnꝰ Iehoua: Tertia ratio: Sicut in natura vniuersalia ut nihil sunt extra ꝓpria & singularia, ut nihil agunt, nulla est cõmuniũ opatio extra indiuiduá: Ita in Deo, ut nulla ẽ Deitas ęterna Iehoualis, potẽtia, sapiẽtia, plenitudo extra Prẽm, filium, & Spũm s: Ita impossibile ẽ Deitatẽ factã, nouã (quę nulla ẽ) opari, salutáre, redimere, regenerare, extra filium & spiritum s: Io: 1.5.8 Quarta: Quia tota Deitatis pleĩtudo, ẽ in illo filio, q̃ à patre est vnigenitꝰ, ante oĩa opera, q̃ fuit ante oĩa, p quem oĩa facta sunt, in quo electio, creatio factá sunt, in eo fit reconciliatio, benedictio: Eph: 1.3: Col: 1:2. Ioã. 5 6.8. Sed nõ caro est à Patre vnigenita, non per càrnẽ facta est electio, creatio: Ergo & pleĩtudo Deitatis, spiritꝰ æternus, omnipotẽtia infinita in Chrõ filio dei vnigenito hb̃tat, non tãtum in càrne finita: Col: 1.2. Quinta: Quia Chrũs suàm Deitàtẽ, opera infinita, resurrectionẽ, omnipo-

Rom 8.
Sap. 7.9.

tentiam, & cultum ex eo ꝓbat, quod sit filius Dei in seipso habens ita vitam, ut Pater, id est, Patri Amyt seu consubstantialis, æqualis in forma Dei. Phil: 2. Zach: 13. Ioan: 5.6.8.10.14.16.17. Ego & Pater vnum sumꝰ, ideo sum vnus Deus æqualis Patri, adorãdus æqualitér ita operor, & facio omĩa cum Patre, quia sum filius Dei, hoc est, æqualis Deus Patri: Ex filiali tate ꝓbat Iehoualẽ Deitatem, operà, officium suum. Sextá: Quia dicitur vbiq; Deus filium suum dedit vnigenitum à se, pro nobis: Hic est filius meus in quo complacui: Filius quia immortalis est, ideo habet Sacerdotium æternum, ideo saluare potest, qa filius est: Pater in filio suo vnigenito reconciliauit, non ꝑ Deitatem quæ non est filius vnigenitus: Septimo: Quia hęc tria: Filium vnig[illegible] primo: Deindé spiritum æternum, aut plenitudinẽ Deitatis Somaticã omnipotẽtiàm: Tertio, Cárnem in filio sic distinguit Ioan: 1.3.5.6.8.10.16.18. Ebr: 1.2.6.7.9.10. Filius Dei vnigenitus obtulit se suam carnẽ ꝑ spiritum æternum, æterna redemtioẽ inuenta: Sicut caro fuit Organum filij Dei in redimendo: Ita Spiritus æternus, plenitudo Deitatis in Christo vnigenito à Patre ab ę terno, habitãs, fuit quasi Organum, dicit enim obtulit se ꝑ spiritum æternum: Placuit Deo plenitudinẽ in Christo hƀtare, & per eum reconciliare èrga se per Crucis eius sanguinem: Eph: 1.3. Col: 1.2. Ebr. 7.9.10. Octauo: sicut Caro & homo debuit esse filius Dauidis, natus ab ipsá virgine, non homo extra genituram, concœptionem, naturálem factus: Alioqui filius Dauidis, & similis Fratribus per omĩa esse potuisset, nisi verè conciperetur, nasceretut sine peccato: Mat: 1.3. Luc: 1.2. Rom: 1 8. 9. Gal: 3.4. Ebr: 1.2.3. Hier: 23.

Mat 3.17. *Ebr* 1.2.7. *Cor* 1.2. *Eph* 1. *Rom* 1.5 6. 8.

Ita neq; Deus ille, q est Mediator, saluator, Rex & Pontifex, factus, Nozar, id est, formàtus, nouus

 alienus

alienus vnctus, temporaneus, alius à Patre, carens Patris Iehouali Deitate, Luce, gloria, potentia, sapientia, dissimilis & alienus à Patre, esse non potuit sed per omia debuit Deo Patri similis esse, ille Sermo Deus, sicut homo, Frater noster à Mariá natus per omia similis estfratribus suis, Matri suę: Ebr: 2. 3.4. Rom: 8. Gal: 3.4. Ita Christus debuit filius vnigenitus esse à Patre, non factus, non formatus: Quia quicunq; est Deus formatus, factus, vnctus, non est Iehoua, vnus solus, creator, sáluator, adorãdus, sed Idolum vanum, aut Deus dispensátorius, ác temporaneus: Ioan: 10. Esá: 43. 45.

Nisi èrgo p omnia sit Patri similis, æqualis, Amyt hoc est, Deitatis, naturę, potentiæ, sapientiæ eiusdē cũ Patre: Redētor, Rex, & saluator esse nõ potest:

N Ona: Quia Christus dicitur filius, Deus Iehoua, creator, Angelus fœderis, ante carnis conceptionem, èrgo non in carne cœpit esse filius Dei & Deus Iehoua, sed ápud Deum ab æterno fuit Deus Sermo ille: Dixit Deus ad filium suum: ô Deus thronus tuus est in secula, æternus: Tu Iehoua in principio fundasti terram: Dilexisti iusticiam, propterea, quia filius Dei es, Pater genuit te, æternus es Iehoua, ideo vnxit te Deus: Ego in hoc natus sum, & in hoc exiui à Patre, & veni in mundũ, ideo assumsi carnem in mundo, ut testarer de veritate: Vide assumptioni cárnis, & vnctioni filij Deitatē ęternam, Iehoualem præponit: Ebræo: 1.2.3.7. Psal: 41.68.102.

Psal 2.

Ioã 1,3:18.

REVERENDISSIMO AC MAGNIFICO, DOMINO, MICHAELI CZAKIO. SVMmo consiliario, & Archicancellario Regiæ Maiestatis, in Transiluania, Domino & patrono suo obseruandissimo, gratiam & pacem à DEO patre, & Domino Iehoua Filio DEI vnigẽito & à septem Spiritibus aut Spiritu Sancto omnium donorum Dei authore & dispensatore precatur.

SÆPIVS MIHI COGITANTI CVR Apostolus Spiritu sancto inspiratus, dicat: oportet fieri hæreses: 1 Cor. 11. Solatium fuit in his periculosissimis temporibus, nullas heræses casu & fortuito fieri, sed ut Græca veritas habet: Deî eîn eî, id est necesse est esse hæréses, vt probati manifesti fiant: Necessitatem ergo hæreseon iudico propter has causas: Primo, quia Diabolus per sua organa spergit Zizania, superba, & inquieta, arundini & fluctibus similia ingenia, hypocritas super arenam ædificatos excitat, qui traditi in sensum reprobum & efficatię erroris hoc est, Satane traditi propter errorem, cæcitatis & ignorantiam, contemtũ verbi Dei captiui à Satana ducuntur, decipiuntur, & inflati instar typhonum, & palearum seminant Zizania, quęrunt priuatas expositiones, detorquent scripturas, contemnunt dona interpretationum. & linguarum

 rum

rum cognitionem, patres orthodoxos: & videri ab ho minibus Christo teste voluit: Necessitas igitur respectu prioris & causæ procatarcticæ, & propter quam diabo lus, & heretici, canes Impudentes sunt: Deu: 13.14.18. Ezech: 13.14 1 Cor: 11. 2 Tim: 2.3 4. respectu autem posterioris vt probati conspecti & manifesti fiant: vt in igne probentur aurum, argentum, electi constantes in fide doctrina. Item fœnum, stipula: 1 Cor: 3.11. Verè ergo iudico, omnia electis cooperari in bonum: Hypocritas & vasis irę in malum, in ruinam, scandalum, etiam Christus & verbum Dei vt lux cęcutientes excæcat.

Esaie 1.3.

2. *Tess.* 2.

Luce 1.2.

Quare cum sciam decreto Dei hęreses noui temporis fieri, iudico Seruetum & Serueti filios à Diabolo excitatos, & Satanę traditos esse, & captiuos duci ab ipso Deo huius sęculi. 2: Cor: 4. Eph: 3: 4. Rom: 1.3. Sed ut ab initio excitatę hęreses ab ipso Deo sopitę & extinctæ sunt, vbi electi probati sunt, & dormientes post semen sparsum excitati sunt, aurū à stipulis separatum est: Ita & Seruetianas hęreses breui extinctum iri spero, imo & persuasi, sicut certa sunt indicia.

Scripsi ergo quędam principia & regulas, vt ostenderem Serueto blandraticos non solum Deo, sed & naturę esse hostes, & pugnare contra principia naturę:

Hæc cum Propositionibus Phrases & vocabula de deo vno explicantibus, R. M. V. dedicare volui: Vt grátitudinem meam saltem aliqua ex parte erga R. M. V. declarare, de cuius munifica liberalitate multi testes sunt non solū in nostro regno, sed & apud extras gētes:

Vt grato animo R. M. V: exiguum donum ex me in firmo Dei vasculo suscipiat oro, & vt sępius & diligenter hæc legat & attente diiudicet oro. Valere R. M. V in domino cupio. Debrecij 15 August: Anno D: 1.5:70.

Petrus Melius Horhinus Seruus Iesu Christi & R. M. V obseruantissim⁹

PRINCIPIA QVAEDAM IN Theologia, & Philosophia īmota.

Primum Principium.

Finiti ad infinitum nulla proportio, hoc est, deus infinitus æternus, principio & fine, carés, non est idem cum mundo nec cum creaturis comparandus est, neq; Deus Iehoua, & creatura mutabilis sunt idem: Esa 55.35 40.41.42.43.44.45.48. Ego Iohoua Principium & finis, cui me confertis? Aut quam mihi imaginem ponitis? Deu. 4.5 6.31.32. Baruch. 3 6.

Secundum Principium.

Stulti & impij sunt, qui Deum Iehouam, æternum in finitum, inuisibilem cum creatura conferunt, & repre- *Exodi 20.24* sentant in vacua, & stulta fallaciq; imagine. Esa: 40. 41. *Psal. 78. 105* 42. 43 44 45. 48 Hæb: 1. 2 Baruch 3. 6, Deu: 4 5: 6. 30: 31. 32. Peribunt igitur idolatrę omnes.

Tertium Principium.

Sicut impossibile est pręter vnum mundum, plures esse mundos dissimiles, & alios. Ita præter vnum solum Deum Iehouam creatorem, saluatorem, deum verum adorandum, alium & plures esse deos, est impossibile. Esa: 40. 41 42. 43. 44. 45 sunt patris & filij verba: Ego Iehoua solus creator, saluator, pręter me extra me Ie houá, deus creator Saluator non fuit, non est nec ante me, nec post me alius Deus Iehoua adorandus esse potest Esa. 43. 45. Filius & Spiritus s. sunt Iah, Iehoua, verus Deus, vita æterna, Deus laudandus in sęcula: creator, saluator, adorandus. Esa: 9. 25. 35. 63. 40. Eze: 2. 11. Ioa *Romano. 9,* 1. 6. 8. 1 Ioa. 5. Ergo fili⁹ & Spūs s. nō sunt ali⁹ De⁹ à patre, *Ioh 26-33-* sed vn⁹ & idē cū prē, sunt n. patris verba: Extra me pa trē nō est deus ali⁹: Fili⁹ & Spūs s: sunt de⁹: Ergo nō ali⁹ *Hier, 23.33.* sed idē cum patre. Mentiuntur ergo Seruetani filium esse Deū aliū à patre, tantum patrē esse unū & solū deū;

Quartum Principium.

Quicunque extra & prȩter patrem, id est, non ex Iehouali patris vita & hypostasi natus, & procedens est, non vnius & eiusdem naturȩ est cum patre, sed creatura finita, & cœpit post patrem in mundo, non fuit ab ȩterno, non fecit omnia, non adoratur, est Zar id est, nouus recens è vicino veniens factus Deus, & nechar, Deus hoc est alienus à patre, non eiusdem Iehoualis Deitatis infinitȩ Spiritualis cum patre: Deu. 4.5.6.31. 32 Psal: 81. Sed Filius & spiritus sunt Deus Iehoua cum pátre, in se habentes vitam non extra patrem. Filius natus à pátre ab ȩterno Spiritus à patre procedens, & Emanans: pro. 8. Sap: 1.2.7 8.9 10 Non sunt alienus nouus Deus: ergo sunt vnus & solus Deus,

Quintum Principium,

Impossibile est species disparatas, & alienas specie & proprietate singulari differentes, vnum esse, id est Vnius & eiusdem naturȩ esse: Vt Leo, & homo: Ita Deus Iehoua, filius Dei infinitus, æternus, creator, Spiritus inuisibilis, & homo factus, visibilis idem non sunt, naturȩ proprietate, sed vnione personali, sunt Logos, & homo vnus Christus:

Rom. 1. 8, 9.
1Cor. 1. 2, 3,

Sextum Principium.

Impossibile est vnam & eandem naturam realiter et substancialiter sine transformatione & mutatione disparatas diuersas & álienas Pluresquȩ naturas esse vt Angelus Gábriel, non est homo, Leo, & planȩta: Panis cœnæ, non est realiter & substamtialiter corpus Christi, cōstans carne, ossibus, venis sine mutatione:

Ita nec Deus potest esse, Iehoua infinitus, & creatura: Idem Filius Dei vnigenitus à patre Iehoua, Spiritus æternus, El Scaddai, non potest creatura finita, filius hominis mortalis, passibilis esse naturaliter, realiter, substantia

ſtantiàliter, niſi per vnionem hypoſtaticam: Nec eadem Caro Chriſti vnius & eiusdem reſpectu, poteſt eſſe homo factus ex muliere, ex carne & ſaugnine in fine ſeculorum, filius hominis mortalis, & eadem caro filius Dei Iehoua immutabilis immortalis, æternus à Patre ab ęterno genitus, inuiſibilis creator, & creatura· Mentiuntur ergo Hęretici, carnem Filium Dauidis ſui & vnius reſpectu eſſe eundem hominem Iehouam, filium Dei & Dauidis cum ſit contra deum· Eundem Baſilium, hominis eſſe, & Leonis Filium: eundem Paulum, Sutoris filium, & Leopardi ſemen eſſe.

Septimum principium.

Sicut impoſſibile eſt mundum æternum & ſine principio eſſe, & non factum: Ita impoſſibile eſt Iehouam Deum, vnum ſolum temporalem, finitum creatum viſibilē eſſe ſua natura, & eſſentia: Eſa: 25. 40. 41. 43. 44. 45 48. Exod. 20. 34. Sicut Deus ſe deſcribit: Chriſtus iuxtá carnem factus eſt ex muliere, viſibilis crucifixus ex infirmitate carnis, Principium & finem habet: ergo propriè, naturaliter non eſt unus ſolus Deus, niſi propter vnionem cum Logo verbo Dei.

Octauum principium.

Sicut impoſſibile eſt Deum Iehouam, creatorem adorandum eſſe, Deum factum, qui fuit extra & ante Iehouam deum verum: Ita impoſſibile eſt eum Iehouam, verum deum adorandum eſſe qui cępit poſt Iehouam Deum vnum: Eſa. 41. 43. 44. 45. Non fuit ante me, & poſt me nō erit Iehoua deus alius· Chriſtus & ſpiritus ſan: eſt verus Deus Iehoua adorandus in ſęcula· 1. Ioan 5. Rom. 9. Titum 2. 3. ergo ſunt vnus & Solus, & non cęperunt poſt patrem.

Nonum Principium.

Sicut impoſſibile eſt vnum Iah, el, Deum vnum &

solum plures esse Deos, & vt sine tribus proprietatibus patris, filij spiritus, nulla est vera, æterna, Deitas: nulla est vera æterna, deitas Spiritus æternus, creator, Saluator, adorandus. vt: Iehoua dij nostri vnus est
Deuter, 6. Iehoua. Vnus deus est nobis qui est vnus pater, vnus dominus Iesus Christus: 1Cor: 8. 10. 12. Mar. 12. ego in patre, & pater in me est: Ioan: 5. 8. 10. 14: 15.

Ita impossibile est tres testes, patrem filium Spiritum, vnum tantum patrem esse, & plures Deos, sed hi tres simul sunt vnum, vnus Iehoua, deus: Ita & sine vna Iehouali deitate potentia, pater sermo, spiritus vnum esse non possunt: 1Ioan: 5. Sed hi tres simul sūt De⁹ vn⁹, nō separati, Pater est Deus vnus sine filio, & spiritu sancto.

Decimum.

Vt est impium & monstrosum vnum & eundem Deum plures deos facere: Ita contra deum & naturam est, Vnum & eundem patrem, vnum patrem, & plures Deos & patres áut filium & spiritum sanctum facere. Nam monstrosum est, eundem Franciscum, patrem, & filium esse vnius & eiusdem respectu.

Vndecimum.

Sicut impossibile est uniuersalia subsistere, gignere sine singularibus: Ita impossibile est æternam deitatem Iehouam, formam Dei & vitam infinitam subsistere, & esse
Esai, 41. 44. 45 sine patre, filio & spiritu sancto, vt dicitur deus Iehoua, deitas extra me patrem, filium nulla est. ego in pa-
Ioan. 10. 14. 15. 17. tre pater in me: Vt singularia gignunt, ita pater gignit, non vna communis deitas quę est in patre, filio spū sancto, æqualiter vná & eadém. Phi. 2. Mentiuntur ergo fi-
Ecclesi, 24. lium ab vna sola deitate genitum, & non áb hypostasi & ex ore patris ab æterno. Ebr: 3. Col 1.

Duodecimum.

Omne vnum & solum, quod aliud & alius esse non potest, sed est immutabile, infinitum, incommunicabile: Duo & tria esse imposibile est: vnus deus vna sola dei

tas aliud & aliá extra se, pręter se non est: Christus ergo deus alius à patre esse non potest.

Decimum tertium.

Omne deriuatum sapit primitiui naturam, Hoc est, impossibile est genitum & ortum ex primitiui gignentis hypostasi, natura, vita, disparatę diuersę esse naturę speciei, à suo primitiuo & gignente: Vt radius ex Sole ortus eiusdem naturę cum sole. Abel, Set, Enos, nati ex Adam, eiusdem speciei, & naturę: Ita filium dei vnigenitum à patre, ex ore patris ex hypostasi Iehouæ gignentis, Impossibile est à Iehouali natura, deitate potentia patris: Ioan. 1. 3. 5. 8. Rom: 1. 8. 9. Col 1. Ebe: 1: alium diuersum & disparatum esse. vt dicitur: Ego & pater vnum sumus, eadem similiter facimus.

Prouerb. 8. Eccle. 24. Sap. 7. 8. 9.

Decimum quartum.

Sicut impossibile est & monstrosum, contra deum & naturam, dissimile disparatum, & diuersæ naturæ filiũ gigni à suo primitiuo gignente, vt si ex Basilio nascatur bos, & contra ex Leone Basilius, monstrum & horrendum est:

Ita impossibile & monstrosum est ex infinito, spirituali, æterno inuisibili Iehouali creatore, immortali Deo Iehoua patre, nasci filium disparatę speciei, creaturam, infirmam, mortalem, visibilem: Et contra ex Maria creata, hoc est, ex natura Marię virginis, non hominem factum, mortalem fratribus similem, sed Iehouam, Deum æternum, infinitum nasci: Sic asini hæretici, monstrum ex pàtre & filio Dei faciunt, dum Filiũ Dei à patre vnigenitum non Iehouam patri similem, sed creaturam faciunt:

Decimum quintum.

SICVT ex carne & sanguine Marię verus homo fratribus similis natus est per oĩa similis peccato excepto: Ita

Ita ex patre Iehoua æterno, Deus, Iéhoua infinitus patri perõnia similis natus est. Rom:1.8. Ebr:1. 2.3.

Decimum sextum.

Nulla litera probat, Filium hominis à patre ab æterno vnigenitũ esse sine tẽpore: Sed á Matre à Mariá natus de Spiritu sancto conceptus, factus est homo: Sed tantũ Logos, Filius dei carnem assumens, qui fuit apud Deum Deus dicitur, à patre vnigenitus. Ioan:1 3.5.8.10. Nulla litera est quæ doceat ita esse Patrem vnum solum Deum, vt filius & spiritus sanctus non sint vnus Deus.

Matth. 1,2,3 Luce, 1,2, Galata. 4,

Decimum septimum

Semper Vnus & solus deus patri filio, & spiritui sancto cum simul adduntur, hoc fit propter vnitatem Deitatis: Quoties autẽ distinctè aut patri aut filio, aut Spiritui sancto nomen, Deus, Iehouah dominus, solus creator Adonai, id fit explicatiuè & non exclusiuè adduntur· vt exponat quis sit ille vnus deus, nempe, pater, filius & Spiritus sanctus. vt 1. Cor:8. 10. 17. Ioan:5.16.17. Nobis vnus Deus est tantum, qui est vnus pater, vnus dominus Iesus Christus: Cognitio vnius Dei & solius, quæ dát vitam æternam, hęc est: vt te Patrem & me cognoscant vnum solum Deum:

Decimum octauum.

Vnus & solus Deus Iehoua, creaturarum respectu exclusiuè Patri filio & Spiritui sancto adduntur, vt à deitate vna & sola excludantur: Esa.40.41 44. Deu:5: 6.10 32. Ego Iehoua, vnus solus Creator Saluator, & nullus est mecum, Tantum deum adores, & illi soli seruies: Exo:20 34. Deu:6. Matt. 4.

Decimum nonum:

Quoties Angeli in Biblijs vocantur Iehoua, Adonai vnus & adorantur, & vocant se Deum, Iehouam

Bethel

Bethel homines suos seruos: Si vnus est Angelus ille, filius est Angelus fœderis: Si duo sunt Angeli missi Ieho ua, Adonai adorantur, sunt filius & spiritus sanctus: Si tres viri sunt qui dicuntur, & vocant se Iah Iehoua, Adonai adorantur, sunt tres testes, pater, sermo, filius & spiritus sanctus. nam creati Angeli nec Iehouam, nec Deum, nec dominos electorum se vocant, nec sibi offerri sacrificia permitunt: Iud: 13.

Gene. 15. 16. 18. 2 , 21. 22. 28. 332 35 Iudicu. 2. 6. 7 Exodo. 3. 6. 15. 16.

Decimum nonum.

Vnus solus Iehoua duxit populum creauit, saluauit, & non fuit cum eo Deus nechar alienus, nouus Deu. 32. Filius & spiritus sanctus creant, Saluant, eduxerunt Populum ex Ægypto: Esa: 63 Exo. 3 6. 13. Psal 68 1 Cor: 10. Acto. 7. ergo filius & spiritus s. sunt vnus & solus deus.

Vicesimum.

Quorum natura, voluntas, uita, potentia vna est horum & operatio cultus sunt vnum Esa: 40. 43. 44. 45 Ioan: 3 5. 6. 8 10. 16. Ego & pater vnum sumus, eadem facimus, volumus similiter, simul & adoramur: Christus eadem facit cum patre: Spiritus s: eadem facit cum patre, quia saluat, regenerat, reuocat, illuminat, docet, conuertit: Ergo vnam & eandem habent cum patre naturam.

Vicesimum primum.

Patrem in se habere vitam & filium in se habere vitam pro identitate, & communi deitate sumitur: id est, pater & filius vnum sunt idest Iehouali deitate, potentia, cultu voluntate:

Patrem vero esse in filio, & filium in patre, distinctè, respectiuè & relatiuè dicitur: Hoc est, licet pater in se sui respectu, sit Iehoua viuens, creator, omnipotens vt filius sed pater, non sui respectu est pater, sed filij, quia pater non se, sed filium à se alium genuit.

Vicesimum secundum.

Imposibile est eorum operationem, consensũ, volunta-

tem infinitam eademque esse, quorum natura non est eadem vt Bos, & Basilius homo non sunt idem, non ergo cooperantur: Dei & hominis creaturę non est eadem operatio, ergo, nec natura.

Vicesimum terti um.

Filius de identitate cum patre, nihil eximit pręter paternitatem cum inquit, ego & pater vnum sumus id est, omnia mea sunt patris, & omnia quę pater habet, mea sunt, Ioan: 5. 8. 10. 14. 15.

Vicesimum quartum:

Quicunque sunt vnum in vnitate duo esse non possunt: Et quicunque sunt duo sibi ęquales, & respectiuè dicuntur Vnum esse in ęqualitate & relationis duobus extremis, in fundamento & termino non possunt, hoc est qui pater est Filius esse non potest vnius respectu, & qui Filius est, pater non est sui respectu:

FINIS.

ERRATA SIC CORRIGITO.

In lrā A,Col:1:ver:9.pro illot le: illos A: Col 3.ver:2.p̃ habitās le:ęternitates habitans A, Col:4,ver:1:pro exponitur le:exponatur.In lit:B col:1,1 ver:vlti,pro hodie te,le:hodie te genui,Col:2.ver.9,pro qui le:quia in me: ver.17,pro secundum le:secundo:ibidem ver:ante penul lege pro singulare singulari:Col 4:ver:22: pro dea laratum,lege declaratū:Col:5 ver:9 pro visi,lege vsi sūt: Ibi.pro pręlati perlati,pro torsoris torseris:In lrā,C.col 3,ver,de cœna 5: pro cruenta,le,cruentā,Col:4:ver: 3, pro maiore esset maiora esse: ver:33:proCrrste le:Christe:Col:6:ver.6,pro habitantis dum enter in Filio,habitet:ver 9:pro idest,le:adest: pro à vitę le vite. Col:8: ver:31:pro nos,le,vos.In lrā D Col.1:ver:9:pro religioue religione: pro doctriuę doctrinę: lrā,D:propositi:51: pro Mātt:21:lege 20: